
3 2044 106 418 809

PRODROMUS
FLORAE NEOMARCHICAE

SECUNDUM

SYSTEMA PROPRIUM CONSCRIPTUS

ATQUE

FIGURIS XX COLORATIS ADORNATUS

AUCTORE

JOANNE FRID. REBENTISCH

REGII SEMINARII MEDICO-CHIRURGICI MILITARIS BORUSSICI
CHIRURGO ALUMNIS PRAEFECTO

CUM PRAEFATIONE

C. L. WILLDENOW

IN QUA

DE VEGETABILIUM CRYPTOGAMICORUM DISPOSITIONE
TRACTATUR.

BEROLINI,
IMPENSIS FR. SCHÜPPEL.
1804.

Die Natur mit ihren vielen Merkwürdigkeiten und Geheimnissen will selbst betrachtet seyn: ihr Dienst ist der mühsamste, so wie ihre Kenntnifs die reizendste und angenehmste.

Stoever,
Leben des Ritter Carl von Linne.

SPECTABILI

QUOD BEROLINI FLORET

REGIO SEMINARIO

MEDICO-CHIRURGICO MILITARI BORUSSICO

HASCE

STUDII BOTANICES PRIMITIAS

ANIMO GRATISSIMO OFFERT.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Clarisſimorum Virorum ſagacitate et industria amabilis ſcientia nostra, ut omnibus ſatis ſuperque patet, in immensum accrevit, ut plantae ante decem lustra cognitae vix quartam descriptarum partem conficiant. Imprimis nostro aevo Cryptogamiae claſsis vegetabilia ſcrutinio curatiori ſunt ſubjecta, et eorum numerus omnem exsuperat admirationem, atque ſub acervo novorum, pauca a Linnaeo designata, vix memoratu digna videntur. Novus quasi mundus ante hac plane ignotus, ſub oculis nostris est natus, cujus longe lateque extensa membra nos de die in diem docent; vegetabilium cryptogamicorum numerum longe esse majorem, quam ante breve ſpatium artis magistri credidere. Haud itaque absonum fore puto, contendere; cryptogamicarum plantarum numerum, globi nostri phaenogamicarum aequare.

Auctor noster praecipue hujus ultimae claſsis vegetabilia ſcrutatus est, dubia ad incudem revocavit, nova descripsit, minus cognita illustravit, et ut ſcientia, quantum in ipso esset, augeretur, desudavit, id quod publice hic magna cum voluptate testor. Plantas floribus nudo oculo visibilibus praeditas, in novam penitus artificialem methodum, a numero par-

tium fructificantium desumptam, disponere tentavit. Sententiam meam de ſystemate ejusque usu fusius jam alio loco proposui. Quodlibet enim systema indici ſervit, et perinde habet, quodnam eligamus, modo facile sit, tyronique nulla incommoda creet. Lectores facili negotio videbunt, quid praestiterit auctor, et sine dubio, labores ejus laude dignissimos esse, haud inficiabuntur.

Quum post breve tempus, in edendis Speciebus plantarum, claſsis Cryptogamiae vegetabilia descripturus sim, hinc de claſsificatione harum plantarum hic ſententiam meam in medium proferre, constitui. Characteres horum vegetabilium certi nobis plane desunt, ſcimus quidem eſſe vegetabilia floribus nudo oculo conspicuis instructa, quae PHAENOGAMA, et alia quorum flores, aciem oculorum fugiunt, quae CRYPTOGAMA vocantur, ſed praeter flores oculo inarmato vel armato visibiles nullum nobis est signum characteristicum. Pollen enim ſparsum, pro charactere hujus claſsis, alio loco, olim aſſumpsi, sed minuties partium reliquarum hujus claſsis, vel si mavis cohortis plantarum, de earum floris structura ac forma, nos relinquit incertos, denique pollinis structura muscorum, antheris est simillima, licet Celeber hujus familiae ſcrutator, magnus HEDWIGIUS, pollen cucurbitacearum plantarum ejusdem formae esse contendat. Pro charactere ergo restat tantum in cryptogamis plantis flos absque microſcopio invisibilis, et structura totius vegetabilis peculiaris a reliquis abludens, quam structuram facile deprehendimus, nec verbis exprimere valemus. Nullo modo vegetabilibus hujus tribus facies est eadem,

sin Equisetum arvense, Polypodium vulgare, Hypnum rutabulum, Marchantiam polymorpham, Parmeliam ſaxatilem, Agaricum muscarium et bene multa alia conferamus, ne minimam quidem similitudinem observamus, licet nullus Botanicorum dubitaverit plantas esse cryptogamas. Lubenter PARAPHYSES, puta illa fila articulata, ab Hedwigio ſucculenta dicta, quae Muscorum et Hepaticarum floribus insunt, capsulis immaturis Filicum adstant, et Fucorum fructibus ſunt peculiares, ut acutissimi Botanici WEBER et MOHR observarunt, — qui diu frustra optatam fructificationem Fucorun detexerunt, et methodum hos, in genera rite definita, distribuendi, excogitarunt — pro charactere claſſis assumsissem, nisi obstaret hic Equisetum, cui nullum paraphysium est vestigium, de reliquis cryptogamicis vegetabilibus tacebo, quum eorum fructificatio denso tegmine est ſepta, quod relevandum futuris scrutatoribus felicioribus asservatum manet. Praeter paraphyses et naturam masculorum organorum ad characterem claſſis minus aptas, notam communem omnium huc pertinentium vegetabilium plane ignoro, et sola nudo oculo invisibilitas floris remanet, quae quidem levioris videtur momenti, sed nullatenus rejicienda.

Methodus stabiliendi ordines in hac vegetabilium tribu eſt duplicis generis, nempe vel naturalis, vel artificialis. Naturalis dicitur illa, quae habitu utitur ad divisionem; artificialis vero, quae a characteribus numeri ac formae partium ad fructificationem pertinentium desumitur, ast jam supra monuimus partes hasce nondum in omnibus esse detectas, hinc

naturalis methodus sola restat, licet artificialis sit praeferenda. Tota clasſis est naturalis, et modo, quod dolendum, solo habitu fere a reliquis est diversa, hinc ordines eodem jure naturalibus characteribus innixi starent. Immortalis a Linné pauca sibi nota vegetabilia cryptogama ad hanc methodum in ordines redegit, at divisiones, pro tempore, quo ſcripsit, ſufficientes, ob copiam vero novorum penitus mancae evaserunt, quod nunc omnibus est in aprico. Jam alio loco ordines novos pro hac classe proposui, sed praeeunte Achario, hos adhuc magis extendendos esse, praeclare perspicio.

In plantis cryptogamis nobis terminologia fixa fere ex toto deest, auctores enim, qui de Filicibus tractarunt, aliis terminis quam illi qui Muscos, et hi, aliis quam qui Algas, denique hi aliis quam illi usi sunt, qui Fungos descripsere, hinc in omnibus partibus alia exstat loquela, ut perturbatio linguarum, qualis in constructione babylonicae turris olim fertur fuisse, sit timenda. Limites praescripti fusiorem expositionem teminornm haud admittunt, sufficiat modo hic monere; nos terminis novis tunc demum, si forma nullatenus phaenogamis plantis sit similis uti debere; sed si partes, sint fructificantes vel aliae, in reliquis vegetabilibus hujus clasſis forma valde discrepantibus, occurrant conformes, terminorum numerum augere necesse non est. Receptae partium denominationes sancte sunt servandae, ut e. g. semen, radix, capsula etc, video tamen pro semine, verbum nihil aliud exprimens, spora, usitatum, porro folium uninervium, quod quilibet intelligit, sub nomi-

ne folii ductulosi indicatum. Quisque fere auctor sibi terminologiam propriam, sane non in scientiae commodum, creavit. Sed mittamus materiem amplam alio tempore enucleandam, et ad ordines huc usque mihi notos clasſis cryptogamiae redeamus.

Ordines, quos in his vegetabilibus introductos videre opto, sunt sequentes:

1. GONOPTERIDES vegetabilia fronde vernante non circinata, sed articulata, inflorescentia spicata fructificationibus indusio sacculiformi inclusis.

Ad hunc ordinem pertinet modo Equisetum, quod olim sequentibus vegetabilibus adscripsi, sed modus crescendi, fructiſicatio et omnes partes longe discrepant.

2. STACHYOPTERIDES sunt vegetabilia fronde vernante non circinata, foliis seu squamis obsita, fructibus vel spicatis vel axillaribus, capsulis valvatis.

Genera huc pertinentia sunt; Lycopodium, Tmeſipteris (genus denuo confirmandum,) Bernhardia et Schleichera novum satis a reliquis distinctum genus.

3. FILICES vegetabilia fronde vernante circinata, fructibus vel in dorso frondis vario modo distributis, vel spicatis aut racemosis.

Ampla filicum familia quoad capsulae structuram differentias sequentes praebet:

A.) capsulae exannulatae *i. e. nudae absque annulo elastico disſilientes.*

a.) bivalvae *ex binis valvulis compositae: Ophioglossum, Botrychium.*

Frondes horum binorum generum vernantes sunt re vera circinatae, sed lateraliter.

b.) rimatae *apice dehiscentes in valvas non ad basin usque productas.*

Hydroglossum, Osmunda, Schizaea, Gleichenia, Angiopteris, Todea.

c. multiloculares *in loculamentis divisae: Danaea, Marattia.*

B. capsulae annulatae *i. e. annulo articulato elastico cinctae, sunt:*

a.) nudae *ubi capsulae indusio carent.*

b.) tectae *quando indusium capsulas ante maturitatem obtegit.*

Huc pertinent genera numerosa a Smithio et Swartzio fusius characteribus signata.

4. HYDROPTERIDES vegetabilia fronde vernante vel circinata vel non circinata, fructibus ad radicem positis vel basi frondis circumdatis pluribusque integumentis indutis.

Isoetes, Pilularia, Salvinia, Marsilea, Azolla.

5. MUSCI vegetabilia foliosa, fructibus calyptra et operculo donatis.

Genera numerosa distinguntur effiguratione peristomii et calyptrae structura.

6. HEPATICAE vegetabilia frondibus varie formatis instructa, calyptra destituta, capsula in valvas vel lacinias dehiscente praedita.

Jungermannia, Marchantia, Anthoceros, Targionia, Sphaerocarpus.

7. HOMALLOPHYLLAE vegetabilia frondibus adpressis, capsulis non dehiscentibus vel semper clausis vel orificia ab initio instructis, donata.

Blasia, Riccia.

8. ALGAE vegetabilia frondibus mirum in modum variis, fructificationibus ad superficiem sparsis, seminibusque mucosis.

Sub hoc nomine amplector vegetabilia cryptogama aquatica ab Illust. Achario *Phycei dicta. Servavi denominationem antiquam, tanquam illis convenientem. Huc pertinent Fuci, Confervae, Ulvae, Rivulariae, Tremellae. Familia haec a dictis Viris* Weber et Mohr *generibus fixis instructa, quam proxime illustrabitur.*

9. LICHENES vegetabilia frondibus polymorphis, fructibus vel seminibus thalamo peculiari immersis praedita.

Genera Parmelia, Lecidea, Usnea, Cetraria, Opegrapha etc. ab Illust. Achario *stabilita sub hac familia militant.*

Sub nomine thalami intelligo massam peculiarem dilatatam, quae ab receptaculo in eo recedit, quod in sua substantia semina vel sporangia contineat, quum in superficie receptaculi tantum semina vel sporangia occurrant. Receptaculum est Syngenesiis inter phaenogamas plantas, et in hac tribu semper semina fert, in cryptogamis plantis Marchantia tantum receptaculo gaudet quae sporangia in eo affixa habet, lichenes vero omnes thalamo sunt instructi.

10. XYLOMYCI vegetabilia frondibus carentia convexa lignosa, vel hemisphaerica vel etiam explanata, cortici vel ligno insidentia seminibus vel thecis composita vel absque perithecio vel cum perithecio, interdum massae peculiari stroma dictae immersa.

Achario dicitur hic ordo Myceni, huc pertinent tantum genera sequentia: Sphaeria, Stilbospora, Naemaspora, Hysterium, Xyloma.

11. FUNGI vegetabilia frondibus carentia polymorpha carnosa lignosa vel coriacea quo-

rum partes fructficantes substantiae immersae sunt.

Persoonii fungi lytothecii et hymenothecii huc pertinent omnes cum nonnullis aliis generibus.

12. GASTEROMYCI vegetabilia frondibus carentia, quo rumcorpus ex toto seminibus vel thalamis est repletum.

Ordines Persoonii Sarcocarpi, Dermatocarpi, Gymnospermi et Sarcospermi, excluso Sclerotio quod ad ordinem praecedentem relegandum, sunt hujus loci.

13. BYSSI vegetabilia frondibus carentia capillacea ſubaquosa, externe in superficie forte semina proferentia.

Persoonii Ordo naemothecii huc pertinet.

Forte partes adhucdum latentes fructigenae imposterum divisionem quatuor ultimorum ordinum requirunt. Partes has omnibus reliquis characteribus praeferendas esse quisque mecum autumabit, cui genera fixa totius classis curae cordique sunt. Sententia tamen eorum Virorum, qui ex observatione levi semina horum vegetabilium negant, saepe saepius experientia edoctus accedere haud possum. In his enim vegetabilibus, ad quorum cognitionem aetas humana non sufficit, observationes variis temporibus iterandae sunt, ne errorem pro vero venditemus.

C. L. Willdenow.

Dabam
Berolini d. 15 Aprilis
1804.

PRAEMONENDA.

Initio equidem floram solius circuli Landsbergensis in media fere Neomarchia siti vegetabilia continentem conficere in animo habui, id quod ex locis plantarum natalibus specialiter dictis partim intelligere licet; verum enimvero quum in pluribus per provinciam hanc serius institutis itineribus eandem ubique vegetationem reperirem simulque viderem, circulum Landsbergensem omnia plantarum loca, quae hac in provincia occurrerent, fluvium puta, lacus, fontes, paludes, uliginosa, caespitosas paludes, colles, campos, ericeta, prata, sylvas, nemora, pineta, lucos, pascua, agros, a que inprimis solum turfosum, humosum, argillaceum, lutosum atque arenosum, continere; hanc floram - *Prodromus florae Neomarchicae* - inscriptam edere nullus dubitavi.

Floram hanc omnibus numeris non absolutam esse, L. B. ex his, quae sequuntur facili negotio conjiciet: primum cum flora Neomarchica adhuc nulla, nec ullus etiam plantarum catalogus adsit; tum nonnullos tantum annos in hac plantarum investigatione collocare mihi licuerit, hinc omnes regiones nec accurate nec diversis temporibus explorare potui, et postremo quod libros ad vegetabilia cryptogamica recte determinanda pernecessarios justo serius obtinui.

Quoad florae hujus dispositionem generatim attinet, Systematum, quae adhuc habuimus, vitiis adductus sum, ut plantas secundum systema proprium disponerem, in quo divisionis fundamentum et Classi et Ordini quiddam foret maxime omnium commune. Plantas regni vegetabilis phaenogamicas a cryptogamicis ex longissimo hinc tempore distinxerunt, cum quod horum habitus ab illis est diversissimus, tum quod eorum genitalia non nisi microscopii beneficio possunt conspici vel, quod in plurimis obtinet, non nisi secundum analogiam indicari possunt, et tamen tanquam classem systemati sexuali adjunxerunt. Vegetabilia cryptogama si hac ratione a prioribus disjuncta, si propria his terminologia esset inventa, eorum studium haud id, quod nostrae aetatis Botanicis creat, difficultatis exhiberet. Rebus ita constitutis hac mea in dispositione *Phaenogamia* nec non *Cryptogamia* generales constituunt divisiones: illa secundum *Staminum* numerum in *Classes*, *Pistillorum* in *Ordines*, et secundum structuram *corollarumve* absentiam in *Subdivisiones* diducitur: in hac vero *Fructuum situs habitusque universalis Classes*, et *peculiaris fructuum structura* vel *habitus singularis Ordines* ac *Subdivisiones* denotat. Hic simul non possum, quin adnotem, D. Cothenium piae memoriae virum huic meo operi simile quoddam divulgasse, inscriptum - *Dispositio vegetabilium methodica a staminum numero desumta. Berolini MDCCXC* -; quatenus vero meum ab illius discrepet benevoli lectoris sit judicium.

Systematis mei clavis.

Plantarum florescentia.

vel nudis oculis visibilis.

(Phaenogamia.)

Classes a staminum *numero distributae.*

1. Monandria. *Stamen* 1.
2. Diandria. *Stamina* 2.
3. Triandria. - - 3.
4. Tetrandria. - - 4.
5. Pentandria. - - 5.
6. Hexandria. - - 6.
7. Heptandria. - - 7.
8. Octandria. - - 8.
9. Enneandria. - - 9.
10. Decandria. - - 10.
11. Polyandria. *Stam. ultra* 10.

Ordines a pistillorum *numero petiti e. g. Monogynia, Digynia etc. Polygynia.*

vel oculo armato tantum visibilis.

(Cryptogamia.)

Classes a fructus *situ derivatae.*

1. Stachyopterides. Capsulae *vel in spicam vel in axillis sparsae.*
2. Filices. Capsulae *vel in spicam vel racemum connatae, vel in frondis dorso aggregatae.*
3. Hydropterides. Inflorescentia *vel in radicum vicinitatae vel in frondis basi.*
4. Musci. Capsula *unilocularis pedunculo suffulta, operculata vel valvulis aut dentato dehiscens.*
5. Algae. Capsulae *sub frondis epidermide nidulantes.*
6. Lichenes. Capsulae *vel* semina *nuda* Thalamo *immersa.*
7. Gasteromyci. Corpus *totius plantae intus* capsulis *vel* seminibus *ex toto repletum.*
8. Fungi. semina *in* Hymenio *corpore plerumque affixo.*
9. Byssi. semina *in omni corporis superficie sparsa.*

Equidem libenter fateor Systema hoc in melius multo adhuc mutari posse, et thesi ab *Ill. Prof. Willdenowio* in tertia editione *operis dicti: Grundrisses der Kraeuterkunde* § 127. non ex toto respondere: quo vero unquam perveniri meo jure dubitare posse mihi videor. Spe laetor, neminem fore, qui in hoc dijudicando vel aliorum systematum amore ductus, vel Clarorum, qui illa condidere, auctorum auctoritate motus hocce illis postponat.

In elaboranda hac flora speciali plura scripta in usum vocavi, quae, si *floram Wetterawiensem* excipis, omnia suis locis indicavi, *Filicum* genera a Cl. *O* Swartzio, *Muscorum* vero a Cl. Willdenowio sunt adoptata; cum mihi tamen *Sphagnum* genus *Gymnostomo* conjungendum videretur. *Lichenum* genera secundum Cl. Acharium descripta dedi, et in *Fungis* describendis Cl. Persoonii Synopsin method. Fung. mutatis quibusdam mutandis mihi visis sum secutus. Quasdam horum species ad genera evexi, quibusdam novis speciebus descriptis, quarum plures adjunctae icones exhibent. Plurimarum plantarum et inflorescentia et duratio est indicata: porro adjectae paucis verbis notae corollaeque color descriptus tironem plantas certius determinare docento.

Terminos botanicos in Cryptogamia a me adoptatos, praetermissis reliquis jam cognitis, quo melius intelligantur, non possum, quin paucis explicem,

Sorus *Willd. dicitur capsularum aggregatio vel in lineas vel in puncta.* (Aspidium, Polypodium, Pteris.)

Thala-

Thalamus *Willd. eſt corpus Lichenum carpomorphum in quo ſemina, vel Perithecia, vel Thecae immersae inveniuntur. Secundum Cl. Acharium ſunt diſtinguenda.*

Lirella *Perſ. Thalamus apertus elongatus (rarius ſubrotundus et oblongus,) ſesſilis ater, disco ſubspongioso ſaepisſime perauguſto vel prorsus lineari, marginibus propriis parallelis inſtructus.* (Opegrapha.)

Patellula *Ach. Thalamus apertus orbicularis ſcutelliformis ſesſilis, a fronde nullo modo formatus eique discolor (plerumque ater,) disco membrana proligera tecto, margineque proprio cincto.* (Lecidea.)

Tuberculum *Ach. Thalamus ſubclausus ſphaericus vel ſubconoideus, cruſtaceus ater ad ſuperficiem frondis, quam ſaepe elevat, protuberans; nucleum ſporis concatenatis repletum exhibens; demum poro dehiscens, nucleumque demittens ſeu elabens.* (Verrucaria.)

Pilidia *Ach. Thalamus apertus lentiformis vel globosus disco primum concaviusculo membrana ſeu cruſta proligera demum in pulverem ſolvenda tecto; ſubtus elongatus in Pedicellum cruſta affixum (nec a cruſta ullo modo formatum;) margine elevato vel applanato inſtructus.* (Calicium.)

Sphaeridium (*Thalamia Ach.*) *Thalamus extus a cruſta verruciformi elevata poris pertusa formatus, intus Perithecia sphaeroidea textura cellulari repleta continens in qua nidulantur Thecae, quibus ſingulis Sporae insunt* 2-4 (Thelotrema.)

Scutella *Ach. Thalamus apertus orbicularis, ſub-*

tus et margine a fronde formatus, strato proligero supra colorato tectus, margineque accessorio (saepissime discolori) praeditus. (Urceolaria, Parmelia.)

Pelta *Ach. Thalamus applanatus (rarius impressus seu immersus) latior reniformis vel oblongus, sessilis seu superficie frondis totus adnatus; membrana proligera discoidea tenuiori colorata tectus, immarginatus vel margine tantum accessorio exilissimo circumscriptus.* (Peltidea, Cetraria.)

Orbilla *Ach. Thalamus applanatus dilatatus orbicularis, a fronde formatus terminalis, peltatus, immarginatus; membrana proligera discoidea laevigata rarius colorata supra omnino tectus, ambitu integro aut radiato.* (Usnea.)

Cephalodium *Ach. Thalamus plano-convexus vel plus minus globosus, crusta proligera colorata externe et supra obductus, in Podetiis terminalis (rarius sessilis) persistens.* (Baeomyces, Usnea.)

Propagula *dicuntur corpuscula illa organica subrotunda ad frondis superficiem (Lichenum) sparsa vel conglomerata, pulvisculum ex apertura ejaculantia etiam non raro externe pulverulenta, aliquando filis tenerrimis brevissimis intertexta et in pulverem (gemmaceum?) fatiscentia. Acharius.*

Soredia *ex Propagulis in acervulos congestis inprimis formantur, post eorum lapsum receptaculum quasi concavum et scutelliforme remanet. Acharius.*

Podetia *e Lichenum fronde progenita, pedunculi instar Thalamos sustentantia. Acharius.*

Perithecium *Pers. saepius totum vegetabile sistit, subglobosum, duriusculum, ostiolo plerumque instructum, intus thecis (massae gelatinosae immixtis) repletum. Est* Gasteromycis Sclerocarpis.

Peridium *Pers. a Perithecio in eo recedit, quod subglobosum, membranaceum, vario modo rumpitur aut dilabitur, pulvere seminali ex toto repletum. In* Gasteromycis Dermatocarpis.

(*Pulvis seminalis in hoc vel nudus vel filis varie implexis vel cancellato-connatis* (Capillitium *Pers.*) *interspersus. Hocce* Capillitium *secedente Peridio in nonnullis* Sporangidio *adhaeret.*)

Stroma *Pers. est massa carnoso-suberosa vel carbonacea, effusa, subrotunda vel elongata, cui Perithecia vel Peridia aut insident, aut subimmersa aut immersa inveniuntur.*

Hymenium *Pers. denique est tam* Fungorum *quam* Byssorum *superficies fructigera, in plerisque a corpore distincta: quoad massam solubile est in* Clathro, Phallo *et* Tubercularia; *persistens in ceteris: quoad formam, cancellatum in* Clathro, *lamellosum vel venosum in* Amanita, Agarico Merulioque; *porosum aut tubulosum in* Boletoideis; *dentatum vel aculeatum in* Hydnoideis, *papillosum aut laeve in* Dermathotheciis Byssisque.

Saepius difficile est, ubi Hymenium *cum corpore confluit et hoc forma distincta caret ab illo, nisi coloratum, distinguere, quod in* Byssis *aliisque* Dermathotheciis *obtinet: Interdum absque corpore et effusum observatur.*

Ill. Doct. et Prof. *Willdenowio* praeceptore meo amicoque aeternum colendo, et Cl. *Schkuhrio* mechanico academico mihi familiarissimo, nec non *Roestelio* pharmacopolae mihi amicissimo quas possum maximas habeoque gratias, cum, quod me fideliter docuerint, tum quod icones elegantissimas pretiosissimasque mecum communicaverint. Summo *Roestelii* Botanices amori haec flora satis magnum plantarum jam ante me ab ipso detectarnm numerum refert acceptum. Summa igitur cum voluptate genus a me determinatum ex nomine ejus vocavi.

Num hoc meo opusculo Botanica creverit, sit judicium ejus peritorum, quibus, si forte ullibi a via aberrarim me in eam veram ducentibus, fore facillimum sancte religioseque polliceor.

Berolini Januario.
1804.

Auctor.

Nomina auctorum citata.

Ach. meth. Lich. — E. Acharius Methodus qua Lichenes ſec. organ. carpom. ad gen. ſpec. et var. redig.

Ach. Lich. — E. Acharius Lichenographiae ſuecicae prodromus.

Batsch. El. — J. G. C. Batsch Elenchus Fungorum.

Bolt. fung. — J. Bolton an Hiſtory of Funguſſes etc.

Bolt. fil. — J. Bolton Filices britannicae.

Bull. — Bulliard Herbier et Hiſtoire des Champions de la France.

Curt. lond. — W. Curtis of the Flora Londin with their descriptions.

Dicks. fasc. — J. Dickson Fasc. plant. crypt. Britanniae:

Dill. Musc. — J. J. Dillenius Hiſtoria muscorum.

Ehr. Beitr. — F. Ehrhart Beitraege zur Naturkunde.

Ehr. crypt. — F. Ehrhart Plantae cryptogamae exsiccatae.

Flor. dan. — Florae danicae icones, ab auctor. Oeder et Vahl.

Gaert. ſem. — J. Gaertner de fructibus et ſeminibus plantarum.

Gooden. — S. Goodenough Observ. on the brittish ſpec. of Carex in Transact. of the Linnean Society.

Hedw. Musc. — J. Hedwig Descript. et adumb. Muscorum frondosorum.

Hedw. theor. — J. Hedwig Theoria gen. et fructif. plant. Cryptog.

Hoffm. Deut. Fl. — G. F. Hoffmann Deutschlands Flora 1795 — 1795. 1800.

Hoffm. veg. crypt. — Ejusdem Vegetabilia cryptogama.

Hoffm. pl. Lich. — Ejusdem Descriptio et adumbr. plant. quas Lichenes dicuntur.

Hoffm. En. Lich. — Ejusdem Enumeratio Lichenum icon. et descript. illustr.

Hoffm. Sal. — Ejusdem Hiſtoria Salicum iconibus illuſtrata.

Hoppe bot. Tasch. — D. H. Hoppe Botanisches Taschenbuch.

Humb. fl. Frib. — F. A. ab Humboldt Florae Fribergensis Spicilegium.

Jacq. Collect. — N. J. Jacquin Collectanea ad Hiſtoriam naturalem ſpectantia.

Jacq. fl. auſtr. — Ejusdem Flora Auſtriaca.

Leers. Herb. — J. D. Leers Flora Herbornensis.

Leys. fl. Hal. — F. W. Leysser Flora Halensis ed. altera.

Lin. ſyſt. veg. — C. a Linné Syſtema vegetabilium ed. Murray.

Lin. ſyſt. R. — Ejusdem Syſtema plantarum cur. Reichard.

Lin. ſyſt. G. — Ejusdem Syſtema naturae ed. 13. Gmelin.

Lin. ſp. pl. W. — Ejusdem Species plantarum cur. Willdenow.

Lumnitz. fl. Poſ. — St. Lumnitzer Flora Posoniensis.

Mich. gen. — P. A. Micheli Genera nova plantarum.

Perſ. Syn. Fung. — D. C. H. Persoon Synopsis methodica Fungorum.

Perſ. obſ. myc. — Ejusdem Observationes mycolog.

Perſ. ic. et. descr. — Ejusdem Icones et descriptiones Fungorum minus cognit.

Poll. pal. — J. A. Pollich Hiſtoria plantar. in Palatinatu elect. ſponte nasc.

Roth. fl. germ. — A. G. Roth Tentamen florae germanicae.

Roth. Catal. — Ejusdem Catalecta botanica etc.

Schkuhr. bot. Handb. — C. Schkuhr Botanisches Handbuch.

Schk. Beschr. d. Riedgr. — Ejusdem Beschreibung der Riedgraeſer.

Schreb. Phasc. — J. C. D. Schreber de Phasco.

Schreb. ſpic. fl. Lips. — Ejusdem Spicilegium florae Lipsiensis.

Schreb. gram. — Ejusdem Beschreibung der Graeser.

Schrad. ſpic. — H. A. Schrader Spicilegium florae german.

Schrad. Journ Ejusdem Journal f. d. Botanic.

Schmid ic. — C. C. Schmidel Icon. plantarum et anal. part.

Schum. En. pl. — C. F. Schumacher Enumeratio plantarum in partib. Saellandiae ſeptentr. et orient.

Smith. fl. Brit. — J. E. Smith Fora Britannica.

Sowerby. J. Sowerby coloured figures of englisch Fungi or Mushrooms.

Swartz in Act. — O. Swartz de Orchideis in Act. Holmiens.

Timm fl. Megap. — J. C. Timm Florae Megapolitanae prodromus.

Tode fung. Meckl. — H. J. Tode Fungi Mecklenburgenses ſelecti.

Uſt. Ann. d. Bot. — P. Uſteri Annalen der Botanic.

Weber ſpic. — G. H. Weber Spicilegium florae Goettingensis.

Weiſſ. crypt. — F. G. Weiſſ Plantae cryptogamicae florae Goetting.

Weigel observ. — C. E. Weigel Observationes botanicae.

Wiggers. fl. Hols. — F. H. Wiggers Primitiae florae Holsatiae.

Willd. prodr. — C. L. Willdenow Florae Berolinensis prodromus.

Willd. phyt. — Ejusdem Phytographia ſeu descript. rar. plant.

Willd. Berl. Baumz. — Ejusdem Berlinische Baumzucht.

Willd. in Mem. — Ejusdem espéces de Carex etc. in Memoires del Acad. a Berlin.

Willd. ü. Farrenkr. — Ejusdem Botan. Abhandlung über einige seltene Farrenkräuter.

Zinn. Cat. pl. Goett. — J. G. Zinn Catalogus plant. horti et agri Goetting.

SECTIO. I.

PHAENOGAMIA.

CLASSIS. I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

a. apetali.

HIPPURIS. *Calyx* ſuperus, margo bilobus. *Corolla* nulla.

CHARA. Masc. *Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Anthera* ſesſilis.
Foem. *Calyx* tri - ſ. tetraphyllus. *Corolla* nulla. *Stigma* quinquefidum.

✠ *Alchemilla Aphanes.*

b. monopetali.

ORCHIS. *Calyx* ringens, foliolo ſuperiore fornicato. *Labellum* baſi ſubtus calcaratum. *Anthera* terminalis adnata.

NEOTTIA. *Calyx* ringens: foliolis lateralibus exterioribus antice circa baſin labelli ventricosum connexis. *Anthera* ſtylo parallela, poſtice inserta.

EPIPACTIS. *Calyx* erecto patens. *Labellum* ecalcaratum. *Anthera* opercularis perſiſtens. *Pollen* pulvereo-granulatum.

DIGYNIA.

CALLITRICHE. *Calyx* nullus. *Corolla* dipetala. *Capsula* bilocularis.

CLASSIS II.

D I A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

a. apetali.

LEMNA. *Calyx* bilabiatus. *Corolla* nulla. *Capsula* uni - f. bilocularis, mono - f. disperma.

FRAXINUS. Hermaphrod. *Calyx* nullus seu quadripartitus. *Corolla* nulla seu tetrapetala. *Samara* lanceolata.

Foem. *Calyx Corolla* et *Samara* ut in hermaphrodito.

SALIX. Masc. *Amenti* ſquamae uniflorae. *Corolla* nulla. *Nectarium* glandula baseos. *Stamina* plerumque duo.

Foem. *Amenti* ſquamae uniflorae. *Corolla* nulla. *Stylus* bifidus. *Capsula* bivalvis. *Semina* papposa.

b. monopetali regulares.

LIGUSTRUM. *Corolla* quadrifida. *Bacca* tetrasperma.

SYRINGA. *Corolla* quadrifida. *Capsula* bilocularis.

b. monopetali irregulares.

VERONICA. *Corolla* quadrifida, limbo planiuſculo: lacinia inferiore anguſtiore. *Capsula* bilocularis.

VERBENA. *Corolla* ſubaequalis. *Calycis* lacinia suprema breviore.

LYCOPUS. *Corolla* quadrifida ſubaequalis: lacinia unica emarginata. *Stamina* diſtantia.

GRATIOLA. *Corolla* quadrifida bilabiata resupinata. *Stamina* quatuor, duo ſterilia. *Capsula* bilocularis.

SALVIA. *Corolla* ringens. *Filamenta* transverse pedicellata.

UTRICULARIA. *Corolla* ringens calcarata. *Calyx* diphyllus. *Capsula* unilocularis.

CYPRIPEDIUM. *Calyx* tetraphyllus patens. *Labellum* ventricosum, calceiforme.

d. dipetali.

CIRCAEA. *Calyx* diphyllus. *Corolla* dipetala obcordata.

DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM. *Calyx* gluma bivalvis uniflora. *Corolla* gluma bivalvis acuminata ariſtata.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

a. apetali.

POLYCNEMUM. *Corolla* nulla. *Calyx* pentaphyllus, ſubtus triphyllus. *Semen* unicum.

b. monopetali.

BRYONIA. Masc. *Calyx* quinquedentatus. *Corolla* quinquepartita. *Antherae* duae connexae, tertia ſimplex.
Foem. *Calyx* et *Corolla* maris. *Stylus* trifidus. *Bacca.*

VALERIANA. *Corolla* quinqueſida baſi gibba. *Semen* unicum.

IRIS. *Corolla* ſexpartita: laciniis alternis reflexis. *Stigma* petaloideum.

GLADIOLUS. *Corolla* ſexpartita tubulosa: laciniis ſubaequalibus, ſuperioribus convergentibus.

c. ſpicati: ſpicis dense imbricatis absque glumis calycinis.

SPARGANIUM. Masc. *Calyx* triphyllus. *Corolla* nulla.
Foem. *Calyx* triphyllus. *Corolla* nulla. *Stigma* ſimplex ſ. bifidum. *Capsula* mono-ſ. disperma.

TYPHA. Masc. *Amentum* cylindricum. *Calyx* triphyllus? *Corolla* nulla.
Foem. *Amentum* cylindricum infra masculum. *Calyx* et *Corolla* nulla. *Germen* pedicello piloso. *Semen* unum inclusum.

d. gramina, ſpicis dense imbricatis, glumis calycinis.

CAREX. Masc. *Amentum* ſpicatum. *Calyx* gluma uniflora. *Corolla* nulla.
Foem. *Amentum* ſpicatum. *Calyx* et *Corolla* ut in mare. *Stigmata* duo vel tria. *Semen* arillo membranaceo inclusum.

CYPERUS. *Corolla* nulla. *Calyx* paleis diſtichis. *Semen* nudum.

SCIRPUS. *Corolla* nulla. *Calyx* paleis imbricatis. *Semen* nudum.

ERIOPHORUM. *Corolla* nulla. *Calyx* paleis imbricatis. *Semen* lana cinctum.

D I G Y N I A.

a. Flores uniflori vagi.

PHALARIS. *Calyx* bivalvis: valvis carinatis, aequalibus, corollam includentibus.

PANICUM. *Calyx* trivalvis, tertia, dorsali minore.

PHLEUM. *Calyx* bivalvis truncatus, mucronatus ſesſilis.

ALOPECURUS. *Calyx* bivalvis: *Corolla* univalvis apice ſimplici.

MILIUM. *Calyx* bivalvis: valvis ventricoſis, corolla majoribus, ſubaequalibus.

AGROSTIS. *Calyx* bivalvis: valvis acutis *corolla* brevioribus.

STIPA. *Calyx* bivalvis. *Corolla* ariſta terminali inarticulata.

✠ *Arundo epigejos, colorata, calamagroſtis.*

b. Flores biflori vagi.

AIRA. *Calyx* bivalvis. Flosculi absque rudimento tertii.

MELICA. *Calyx* bivalvis. Rudimentum tertii inter flosculos.

HOLCUS. Hermaph. *Calyx* gluma uni-ſ. biflora. *Corolla* bivalvis. *Semen* unicum.
Masc. *Calyx* gluma bivalvis, uniflora, altera valvula infra apicem ariſtata.

c. Flores multiflori vagi.

AVENA. *Calyx* bivalvis: *Corolla* oblonga: valvis dorso arista contorta.

DACTYLIS. *Calyx* bivalvis: valvula majore longiore compressa carinata.

BRIZA. *Calyx* bivalvis: *Corolla* cordata: valvis ventricosis.

POA. *Calyx* bivalvis: *Corolla* ovata: valvis acutiusculis.

FESTUCA. *Calyx* bivalvis: *Corolla* oblonga: valvis mucronatis.

BROMUS. *Calyx* bivalvis: *Corolla* oblonga: valvis sub apice aristatis.

ARUNDO. *Calyx* bivalvis: *Corolla* basi lanata, mutica.

d. Spicati receptaculo subulato.

TRITICUM. *Calyx* multiflorus.

HORDEUM. *Involucrum* hexaphyllum triflorum. *Flos* simplex.

LOLIUM. *Involucrum* monophyllum, uniflorum. *Flos* compositus.

CYNOSURUS. *Involucrum* monophyllum, laterale. *Flos* compositus.

TRIGYNIA.

AMARANTHUS. Masc. *Calyx* triphyllus. *Corolla* nulla.
Foem. *Calyx* et *Corolla* maris. *Capsula* circumscissa monosperma.

HOLOSTEUM. *Calyx* pentaphyllus. *Corolla* pentapetala. *Capsula* apice dehiscens.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

a. apetali.

ALCHEMILLA. *Calyx* quadrifidus. *Semen* unicum calyce inclusum.

URTICA. Masc. *Calyx* tetraphyllus. *Corolla* nulla.
Foem. *Calyx* bivalvis. *Corolla* nulla.
Stigma villosum. *Semen* unicum.
VISCUM. Masc. *Calyx* quadripartitus. *Corolla* nulla.
Foem. *Calyx* tetraphyllus. *Corolla* nulla.
Stigma obtusum. *Bacca* monosperma infera.

✠ *Thesium Linophyllum.*

b. monopetali monocarpi.

PLANTAGO. *Corolla* refracta. *Calyx* quadripartitus. *Capsula* bilocularis circumscissa.

✠ *Convallaria bifolia.*
c. monopetali stellati dicocci.

GALIUM. *Corolla* plana. *Fructus* subglobosi.
ASPERULA. *Corolla* tubulosa. *Fructus* subglobosi.
SHERARDIA. *Corolla* tubulosa. *Fructus* coronatus. *Semina* tridentata.

d. monopetali ringentes (Gymnospermi.)
(*staminibus didynamicis*))
* *Calyces subquinquefidi.*

AJUGA. *Corollae* labium superius staminibus brevius.
TEUCRIUM. *Corollae* labium superius nullum sed fissura loco labii.
NEPETA. *Corollae* labium inferius crenatum. *Faux* margine reflexo.
MENTHA. *Filamenta* distantia recta. *Corolla* subaequalis.
GLECHOMA. Antherarum paria cruciata.
LAMIUM. *Corollae* labium inferius utrinque dente setaceo.
GALEOPSIS. *Corollae* labium inferius supra bidentatum.
BETONICA. *Corollae* labium superius planum, adscendens, tubo cylindrico. *Stamina* longitudine faucis.
STACHYS. *Corollae* labium inferius lateribus reflexum. *Stamina* deflorata ad latera deflexa.
BALLOTA. *Calyx* decemstriatus. *Corollae* labium superius fornicatum.

MARRUBIUM. *Calyx* decemftriatus. *Corollae* labium fuperius rectum.
LEONURUS. *Corollae* labium fuperius erectum, indivisum, planum. *Stamina* fauce longiora.

✠ *Verbena officinalis.*

** *Calyces bilabiati.*

CLINOPODIUM. Involucrum calyces colligens.
ORIGANUM. *Strobilus* calyces colligens.
THYMUS. *Calyx* fauce villis claufus.
DRACOCEPHALUM *Corollae* faux inflato dilatata.
SCUTELLARIA. *Calyx* fructiferus operculatus.
PRUNELLA. *Filamenta* omnia apice bifurca.

e. monopetali fubringentes f. personati (Angiospermi.)

(*ftaminibus didynamicis.*)

* *Calyces bifidi.*

OROBANCHE. *Capsula* unilocularis. *Corolla* fubaequalis, quadrifida. *Glandula* sub bafi germinis.

** *Calyces quadrifidi.*

EUPHRASIA. *Capsula* bilocularis. *Corolla* personata. *Antherae* inferiores hinc fpinosae.
RHINANTHUS. *Capsula* bilocularis. *Corolla* personata. *Capsula* compreffa.
MELAMPYRUM. *Capsula* bilocularis. *Corolla* personata. *Semina* bina, gibbosa.

*** *Calyces quinquefidi.*

SCROPHULARIA. *Capsula* bilocularis. *Corolla* resupinata. *Labium* fegmento intermedio interno.
DIGITALIS. *Capsula* bilocularis. *Corolla* campanulata, fubtus ventricosa. *Stamina* declinata.
ANTIRRHINUM. *Capsula* bilocularis. *Corolla* personata, fubtus nectario prominente.
PEDICULARIS. *Capsula* bilocularis. *Corolla* personata. *Semina* tunicata.
LIMOSELLA. *Capsula* unilocularis. *Corolla* campanulata regularis. *Semina* plurima.

f. monopetali aggregati monospermi.

DIPSACUS. *Calyx* communis foliaceus. *Receptaculum* conicum, paleaceum. *Semina* columnaria.

SCABIOSA. *Calyx* communis foliaceus. *Receptaculum* elevatum, subpaleaceum. *Semina* coronata, involuta.

g. tetrapetali.

CORNUS. *Calyx* quadridentatus, deciduus. *Drupa* nuce biloculari.

✠ *Evonymus europaeus.*

DIGYNIA.

CUSCUTA. *Calyx* quadrifidus. *Corolla* qudrifida ovata. *Capsula* bilocularis circumscissa.

ALNUS. Masc. *Amenti* squamae triflorae. *Corolla* quadripartita.
Foem. *Amentum* strobilaceum, squamis bifloris. *Semina* duo.

✠ *Ulmus suberosa.*

TETRAGYNIA.

a. apetali.

SPINACIA. Masc. *Calyx* quadripartitus. *Corolla* nulla.
Foem. *Calyx* quadrifidus. *Corolla* nulla. *Semen* unicum calycinum.

b. tetrapetali.

POTAMOGETON. *Calyx* nullus. *Corolla* tetrapetala. *Semina* quatuor sessilia.

SAGINA. *Calyx* tetraphyllus. *Corolla* tetrapetala. *Capsula* quadrilocularis, polysperma.

RADIOLA. *Calyx* tetraphyllus, laciniatus. *Corolla* tetrapetala. *Stigma* simplex. *Capsula* octolocularis, octovalvis; valvis monospermis.

c. pentapetali.

✠ *Holosteum umbellatum.*

CLAS-

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

a. apetali.

THESIUM. *Semen* unicum coronatum. *Calyx* ſtaminifer.

b. monopetali ſimplices monospermi.

✠ *Polygonum amphibium.*

c. monopetali ſimplices tetraspermi. (Asperifoliae.)

MYOSOTIS. *Corolla* fauce fornicata, hypocrateriformis, lobis emarginatis.

LITHOSPERMUM. *Corolla* fauce nuda, infundibuliformis. *Calyx* quinquepartitus.

ANCHUSA. *Corolla* fauce fornicata, infundibuliformis, tubo baſi prismatico.

CYNOGLOSSUM. *Corolla* fauce fornicata, infundibuliformis. *Semina* depreſſa, latere affixa.

PULMONARIA. *Corolla* fauce nuda, infundibuliformis. *Calyx* prismaticus.

SYMPHITUM. *Corolla* fauce dentata, ventricosa.

BORAGO. *Corolla* fauce dentata, rotata.

ASPERUGO. *Corolla* fauce fornicata, infundibuliformis. *Fructus* compresſus.

LYCOPSIS. *Corolla* fauce fornicata, infundibuliformis, tubo curvato.

ECHIUM. *Corolla* fauce nuda, irregularis, campanulata.

d. monopetali ſimplices angiospermi.

PRIMULA. *Capsula* unilocularis. *Corolla* infundibuliformis, fauce pervia. *Stigma* globosum.

MENYANTHES. *Capsula* unilocularis. *Corolla* ſuperne villosa; *Stigma* bifidum.

HOTTONIA. *Capsula* unilocularis. *Corollae* tubus infra ſtamina. *Stigma* globosum.

LYSIMACHIA. *Capsula* unilocularis, decemvalvis. *Corolla* rotata. *Stigma* obtusum.

ANAGALLIS. *Capsula* unilocularis, circumſciſſa. *Corolla* rotata. *Stigma* capitatum.

CHIRONIA. *Capsula* bilocularis. *Corollae* tubo urceolato. *Antherae* defloratae ſpirales.

CONVOLVULUS. *Capsula* bilocularis, diſperma. *Corolla* campanulata. *Stigma* bifidum.

VERBASCUM. *Capsula* bilocularis. *Corolla* rotata. *Stigma* obtusum. *Stamina* declinata.

DATURA. *Capsula* bilocularis, quadrivalvis. *Corolla* infundibuliformis. *Calyx* deciduus.

HYOSCIAMUS. *Capsula* bilocularis, circumſciſſa. *Corolla* infundibuliformis. *Stigma* capitatum.

VINCA. *Folliculi* duo, erecti. *Corolla* hypocrateriformis. *Semina* ſimplicia.

SOLANUM. *Bacca* bilocularis. *Antherae* biperforatae.

PHYTEUMA. *Capsula* bi-ſ. trilocularis, perforata. *Corolla* quinquepartita. *Stigma* bi-ſ. trifidum.

CAMPANULA. *Capsula* bi-ſ. quinquelocularis perforata. *Corolla* campanulata. *Stigma* trifidum.

LONICERA. *Bacca* bilocularis ſubrotunda. *Corolla* inaequalis. *Stigma* capitatum.

e. monopetali compoſiti omnes hermaphroditi.
(*Antherae connatae.*)

* *ſemifloſculoſi.*

TRAGOPOGON. *Receptaculum* nudum. *Pappus* plumosus, ſtipitatus. *Calyx* ſimplex.

SCORZONERA. *Receptaculum* nudum. *Pappus* plumosus ſubſtipitatus. *Calyx* imbricatus: ſquamis margine ſcarioſis.

SONCHUS. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus seſſilis. *Calyx* imbricatus, baſi gibbus.

LACTUCA *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus ſtipitatus. *Calyx* imbricatus cylindricus: margine membranaceo.

CHONDRILLA. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſtipitatus piloſus. *Calyx* calyculatus multiflorus.

PRENANTHES. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſubſtipitatus pilosus. *Calyx* calyculatus.

LEONTODON. *Receptaculum* nudum punctatum. *Pappus* ſtipitatus plumosus. *Calyx* calyculatus.

APARGIA. *Receptaculum* nudum. *Pappus* plumosus ſeſſilis. *Calyx* imbricatus.

THRINCIA. *Receptaculum* favosum. *Pappus* difformis: marginalis membrana multifida; centralis ſtipitatus plumosus. *Calyx* ſubcalyculatus.

HIERACIUM. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus ſeſſilis. *Calyx* ovatus imbricatus.

CREPIS. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus ſeſſilis. *Calyx* calyculatus; ſquamis deciduis difformibus.

LAPSANA. *Receptaculum* nudum. *Pappus* nullus. *Calyx* calyculatus.

CICHORIUM. *Receptaculum* ſubpaleaceum. *Semina* corona dentata. *Calyx* calyculatus.

HYPOCHAERIS. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* plumosus. *Calyx* imbricatus.

** *tubuloſi, capitati.*

ARCTIUM. *Calyx* globosus: ſquamis apice inflexo hamatis.

CARDUUS. *Calyx* ventricosus imbricatus, ſpinosus. *Pappus* ſeſſilis pilosus.

CNICUS. *Calyx* ovatus imbricatus ſpinosus. *Pappus* ſeſſilis plumosus.

SERRATULA. *Calyx* ſubcylindricus imbricatus, muticus. *Pappus* ſeſſilis.

CARLINA. *Calyx* imbricatus, radiatus: ſquamis interioribus coloratis.

ONOPORDON. *Calyx* ventricosus, imbricatus ſpinosus. *Receptaculum* favosum.

✠ *Centaurea nigra.*

*** *tubuloſi, discoidei.*

EUPATORIUM. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Calyx* imbricatus. *Stylus* ſemibifidus.

BIDENS. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* biariſtatus. *Calyx* imbricatus.

✠ *Tusſilago Petaſites.*

ſ. monopetali compoſiti, disci hermaphroditi radiique feminei fructiferi. (Antherae connatae.)

* *tubuloſi, discoidei.*

TANACETUM. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſubemarginatus. *Corollulae* radii trifidae aut nullae.

ARTEMISIA. *Receptaculum* ſubnudum. *Pappus* nullus. *Corollae* radii nullae.

GNAPHALIUM. *Receptaculum* nudum. *Pappus* plumosus. *Calyx* ſcariosus: ſquamis concavis.

** *radiati.*

ERIGERON. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Corollulae* radii capillares.

TUSSILAGO. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Calyx* ſquamis ſubmembranaceis.

SENECIO. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Calyx* ſquamis apice ſphacelatis.

ASTER. *Receptaculum* nudum? *Pappus* pilosus? *Calyx* ſubsquarrosus.

SOLIDAGO. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Corollulae* radii ſubsenae, remotae.

CINERARIA. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Calyx* ſimplex aequalis.

INULA. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Antherae* baſi bisetae.

BELLIS *Receptaculum* nudum. *Pappus* nullus. *Calyx* ſimplex: ſquamis aequalibus.

CHRYSANTHEMUM. *Receptaculum* nudum. *Semina* absque corona. *Calyx* ſquamis intimis ſcarioſis.

PYRETHRUM. *Receptaculum* nudum. *Pappus* marginatus. *Calyx* hemisphaericus imbricatus, ſquamis acutiusculis margine ſcarioſis.

MATRICARIA. *Receptaculum* cylindraceo-conicum nudum. *Semina* absque corona. *Calyx* imbricatus, ſquamis acutis.

ANTHEMIS. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus. *Calyx* hemisphaericus.

ACHILLEA. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus. *Radius* quinque ad decemflorus.

g. monopetali compoſiti, diſci hermaphroditi, radii ſeminei ſteriles. (Antherae connatae.)

CENTAUREA. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* ſetaceo-piloſus. *Radius* corollae tubuloſus.

h. monopetali compoſiti, diſci hermaphroditi ſteriles, radii ſeminei ſructiferi. (Antherae connatae.)

CALENDULA. *Receptaculum* nudum. *Pappus* nullus. *Semina* ſubmembranacea.

i. pentapetali regulares ſimplices.

RHAMNUS. *Bacca* trilocularis, rotunda. *Calyx* tubuloſus corollifer. *Petala* oris quinque, convergentia.

EVONYMUS. *Bacca* capſularis, lobata. *Calyx* patens. *Semina* baccato arillata.

RIBES. *Bacca* polyſperma. *Calyx* corollifer. *Stylus* bifidus.

HEDERA. *Bacca* pentaſperma. *Calyx* fructum cingens. *Stigma* ſimplex.

ERODIUM *Arilli* quinque, monoſpermi, ad baſin recptaculi roſtrati. *Calyx* pentaphyllus. *Corolla* pentapetala. *Nectaria* ſquamae quinque.

✠ *Geranium puſillum.*

k. pentapetali regulares aggregati.

IASIONE. *Capſula* bilocularis. *Involucrum* decemfidum. *Calyx* quinquepartitus. (*Antherae* baſi cohaerentes.)

l. pentapetali irregulares.

VIOLA. *Capſula* unilocularis trivalvis. *Corolla* irregularis calcarata. *Calyx* pentaphyllus. (*Antherae* cohaerentes.)

IMPATIENS. *Capſula* unilocularis quinquevalvis. *Corolla* irregularis calcarata. *Calyx* diphyllus. (*Antherae* cohaerentes.)

DIGYNIA.

a. apetali.

ULMUS. *Samara* compreſſa. *Calyx* monophyllus emarcescens.

HERNIARIA. *Semen* unicum, ovatum, tectum. *Calyx* quinquepartitus. *Filamenta* quinque ſterilia.

CANNABIS. Masc. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* nulla.
Foem. *Calyx* monophyllus. *Corolla* nulla. *Nux.*

HUMULUS. Masc. *Calyx* pentaphyllus. *Corolla* nulla.
Foem. *Calyx* monophyllus. *Corolla* nulla. *Semen* calyce alatum.

ATRIPLEX. Hermaph. *Calyx* pentaphyllus. *Corolla* nulla. *Stylus* bipartitus. *Semen* unicum compreſſum.
Foem. *Calyx* diphyllus. *Corolla* nulla. *Stamina* nulla. *Semen* unicum compressum.

CHENOPODIUM. *Semen* unicum, orbiculare. *Calyx* pentaphyllus, foliolis concavis.

BETA. *Semen* unicum reniforme. *Calyx* pentaphyllus, baſi ſemen fovens.

b. monopetali.

XANTHIUM. Masc. *Calyx* communis imbricatus. *Corolla* quinquefida. *Receptaculum* paleaceum.
Foem. *Calyx* involucrum diphyllum, biflorum. *Corolla* nulla. *Drupa* ſicca bilocularis.

GENTIANA. *Capsula* unilocularis, bivalvis. *Corolla* tubulosa, indeterminata.

✠ *Cuscuta europaea.*

c. pentapetali dispermi. (Umbellatae.)

* *involucro universali partialique.*

SANICULA. *Flores* ſubumbellati, abortivi. *Semina* muricata.

TORDYLIUM. *Flores* radiati fertiles. *Involucrum* ſimplex. *Semina* margine crenata.

CAUCALIS. *Flores* radiati, abortivi. *Involucrum* fimplex. *Semina* muricata.
DAUCUS. *Flores* radiati, abortivi. *Involucrum* pinnatum. *Semina* hispida.
CONIUM. *Flores* flosculosi fertiles. *Petala* cordata. *Semina* gibba, coftato-fulcata. *Involucella* dimidiata
SELINUM. *Flores* flosculosi fertiles. *Petala* cordata. *Semina* depreffa, ftriata.
ATAMANTA *Flores* flosculosi fertiles. *Petala* cordata. *Semina* convexa, ftriata.
LASERPITIUM. *Flores* flosculosi, abortivi. *Petala* cordata. *Semina* quatuor alata.
HERACLEUM. *Flores* radiati, abortivi. *Involucrum* deciduum. *Semina* membranacea.
ANGELICA. *Flores* flosculosi fertiles. *Petala* planiuscula. *Umbellulae* globosae.
SIUM. *Flores* flosculosi fertiles. *Petala* cordata. *Semina* fubovata, ftriata.
OENANTHE. *Flores* radiati, abortivi radio. *Involucrum* fimplex. *Semina* coronata, feffilia.

* * *involucris partialibus: universali nullo.*

PHELLANDRIUM. *Flores* flosculosi fertiles. *Fructus* coronati.
CICUTA. *Flores* flosculosi, fertiles. *Petala* planiuscula.
AETHUSA. *Flores* fubradiati, fertiles. *Involucella* dimidiata.
CORIANDRUM. *Flores* radiati, abortivi. *Fructus* fubglobosi.
SCANDIX. *Flores* radiati, abortivi. *Fructus* oblongi.
CHAEROPHYLLUM. *Flores* flosculofi abortivi. *Fructus* fubglobosi.

* * * *involucro nullo; nec universali, nec partialibus.*

PASTINACA. *Flores* flosculosi fertiles. *Semina* depreffo-plana.
ANETHUM. *Flores* flosculosi fertiles. *Semina* marginata, ftriata.
CARUM. *Flores* flosculosi abortivi. *Semina* gibba, ftriata.

PIMPINELLA. *Flores* flofculofi fertiles. *Umbellae* ante florefcentiam nutantes. *Petala* cordata.
APIUM. *Flores* flosculofi fertiles. *Semina* minuta, ftriata. *Petala* inflexa.
AEGOPODIUM. *Flores* flofculofi fertiles. *Semina* gibba, ftriata. *Petala* cordata.

d. pentapetali capfulares.

✠ *Staphylea pinnata.*

T R I G Y N I A.

a. monopetala.

VIBURNUM. *Corolla* quinquefida. *Bacca* monofperma.
SAMBUCUS. *Corolla* quinquefida. *Bacca* trifperma.

b. pentapetali.

STAPHYLEA. *Corolla* pentapetala. *Capfula* bi-f. trifida, inflata.
ALSINE. *Corolla* pentapetala. *Capfula* unilocularis. *Calyx* pentaphyllus. *Petala* bifida.

T E T R A G Y N I A.

PARNASSIA. *Corolla* pentapetala. *Capfula* quadrivalvis. *Nectaria* quinque, ciliato-glandulofa.

P E N T A G Y N I A.

STATICE. *Corolla* quinquepartita. *Semen* unicum, *calyce* infundibuliforme veftitum.
LINUM. *Corolla* pentapetala. *Capfula* decemlocularis, difperma.
DROSERA. *Corolla* pentapetala. *Capfula* unilocularis, apice dehifcens.

✠ *Spergula pentandra.*

P O L Y G Y N I A.

MYOSURURUS. *Calyx* pentaphyllus. *Nectaria* quinque, lingulata. *Semina* numerofa.

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

a. apetali.

IUNCUS. *Calyx* hexaphyllus. *Capſula* unilocularis.

b. monopetali calyculati.

FUMARIA. *Calyx* diphyllus. *Corolla* ringens, baſi gibboſa *nectarifera*. *Filamenta* antheris tribus.

✠ *Trientalis europaea.*

c. monopetali aphylli.

CONVALLARIA. *Corolla* infera, ſexfida. *Bacca* triſperma.

ARISTOLOCHIA. *Calyx* nullus. *Corolla* monopetala. *Stigma* ſexfidum. *Capſula* ſexlocularis.

d. cruciati ſiliculoſi. (Staminibus tetradynamicis.)

* *ſilicula integra.*

MYAGRUM. *Silicula* valvulis concavis. *Stylus* perſiſtens.

DRABA. *Silicula* valvulis planiuſculis. *Stylus* nullus.

* * *ſilicula apice emarginata.*

LEPIDIUM. *Silicula* cordata: valvulis acute carinatis.

THLASPI. *Silicula* obcordata: valvulis marginato-carinatis.

COCHLEARIA. *Silicula* cordata: valvulis obtuſis gibbis.

ALYSSUM. *Filamenta* quaedam latere interiore dente notata. *Silicula* bilocularis.

e. cruciati, ſiliquoſi. (Staminibus tetradynamicis.)

* *calyce clauſo.*

DENTARIA. *Siliqua* valvis revoluto dehiſcentibus.

ERYSIMUM. *Siliqua* tetragona.

ARABIS. *Glandulae* quatuor intra foliola calycina. *Stigma* ſimplex.

TURRITIS. *Petala* erecta.
628. *G. molle.* pedunculis bifloris, foliis reniformibus, radicalibus novemlobis, caulinis feptemlobis, lobis trifidis, petalis bifidis longitudine calycis mutici, arillis glabris tranfverfim rugofis. *Lin. fp. pl. W. 3. p. 710. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In collibus Zechow verfus et ad vias. Aeftate. ⊙.

Caulis *fuberectus pilofus.* Folia *villofa, caulina oppofita, floralia alterna.* Pedunculi *oppofitifolii, pilofi.* Stipulae *bifidae.* Flores *purpurafcentes.*

629. *P. columbinum.* pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinquepartitis, lobis multifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis ariftati, arillis glabris laevibus. *Lin. fp. pl. W 3. p. 711. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In vinea Schlütert. Junio. Julio. ⊙.

Caulis *proftratus fcabriufculus.* Folia *oppofita.* Flores *purpurei.*

630. *G. rotundifolium.* pedunculis bifloris, petalis integris longitudine calycis ariftati, foliis radicalibus reniformibus feptemlobis, caulinis fubrotundis bafi truncatis quinquelobis trifidis, arillis hirfutis. *Lin. fp. pl. W. 3. p. 712. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In cultis, agris, ad vias et fepes. Aeftate. ⊙.

Caulis *aeque ac* folia *pubefcens. Sinus foliorum puncto rubro notati.* Calyx *muticus.* Petala *violacea emarginata calyce breviora.*

631. *G. pusillum.* pedunculis bifloris, floribus pentandris, petalis emarginatis, longitudine calycis mutici, foliis fubfeptemlobis trifidis, arillis pubefcentibus. *Lin. fp. pl. W. 3. p. 713. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In ruderatis, arvis, agris et cultis. Aeftate. ⊙.

Caules *proftrati vix pubefcentes.* Folia *ad bafin ufque diffecta quod non in antecedente.* Flores *purpurei.* Stamina 5 *caftrata.*

632. *G. robertianum.* pedunculis bifloris, foliis terna-

tis quinatisque trifido pinnatifidis, petalis integris calyce aristato duplo longioribus; arillis reticulatis. *Lin. sp. pl. W.* 3. *p.* 714. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Bull. t.* 201.

In nemoribus et umbrosis Gennin et Zantoch versus alibique. Aestate. ⊙.

Caulis *erectus ramosus, pilosus, geniculis tumidis: rami dichotomi uti caulis et petioli rubri, pilosi.* Calyces *rubri* 10-*striati, pilosi.* Petala *purpurascentia Odor plantae hircosus.*

d. polypetali.

MONOTROPA.

Cal. o. *Petala* 10; horum 5 exteriora basi excavato-mellifera. *Caps.* 5-valvis. Quinta pars numeri quibusdam excluditur.

633. *M. Hypopithys.* floribus lateralibus octandris, terminali decandro. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p. Roth. fl. germ Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 116.

In nemoribus ad arborum radices parasitica e. g. prope Wepritz et Loppow. Julio. Augusto. ♃.

Caulis *simplex erectus vix spithameus, squamis obtusis ovatis tectus.* Flores *racemosi cernui. Tota planta albida.*

Variat floribus *erectis.*

e. papilionacei; Lomento in articulos secedente.

HEDYSARUM.

Cal. 5-fidus. *Cor.* carina transverse obtusa. *Lomentum* articulis 1-spermis compressis.

634. *H. Onobrychis.* caule erecto, foliis pinnatis cuneatis glabris, alis calycem aequantibus, lomentis glabris monospermis aculeato-dentatis. *Lin. sp. pl. W.* 3. *p.* 1215. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Jacq. austr. t.* 38.

In collibus apricis ante portam Zechovianam, Junio. Julio. ♃.

Folia *pinnata cum impari.* Flores *purpurascentes spicati.*

CORONILLA.

Cal. 2-labiatus: dentibus superioribus connatis. *Vexillum* vix alis longius. *Lomentum* teres articulatum rectum.

635. *C. varia.* herbacea, foliolis plurimis lanceolatis glabris, lomentis teretibus erectis. *Lin. sp. pl. W.* 3. *p.* 1153. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 205.

In collibus, sepibus et versuris ubique. Aestate. ⊙.

Pedunculus communis *longus axillaris.* Flores *umbellati albido-rosei vel violacei.* Folia *impari pinnata.*

ORNITHOPUS.

Lomentum articulatum, teres arcuatum.

636. *O. perpusillus.* foliis pinnatis, floribus capitatis bractea suffultis, lomentis teretiusculis incurvatis. *Lin. sp. pl. W.* 3. *p.* 1155. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 206.

In campis Mertzdorff versus et collibus prope Zechow. Majo. Junio. ⊙.

Caules *prostrati, filiformes, pubescentes.* Folia *impari pinnata, foliolis ovatis sessilibus pubescentibus.* Pedunculi *longitudine foliorum.* Flores *terminales* 3-*s.* 4, *lutei, vexillo rubro reticulato.* Bractea *sub floribus foliis similis.*

s. papilonacei, leguminosi.

* *stigmate barbato.*

SPARTIUM.

Stigma longitudinale, supra villosum. *Filamenta* germini adhaerentia. *Calyx* deorsum productus.

637. *S. scoparium.* foliis ternatis solitariisque oblon-

gis, floribus axillaribus, leguminibus margine pilosis, ramis angulatis. *Lin. sp. pl. W. 3. p. 933. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In agrorum versuris et ad vias Mertzdorff et Heinersdorff versus. Majo. Junio. ♄.

Flores *lutei*.

OROBUS.

Stylus linearis. *Calyx* basi obtusus: laciniis superioribus profundioribus, brevioribus.

638. *O. vernus.* foliis pinnatis trijugis ovatis acuminatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici. *Lin. sp. pl. W. 3. p. 1073. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In nemoribus ad Wepritz, Gennin et Zantoch versus. Majo. ♃.

Caulis *simplex*, *erectus*, *angulatus*. Flores *racemosi*, *purpurascentes demum coerulei.*

639. *O. tuberosus.* foliis pinnatis tri-quadrijugisve lanceolatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule alato. *Lin. sp. pl. W. 3. p. 1074. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t. 200.*

Orobus *tenuifolius.* caule inferne quadrangulo, superne alato, foliis bi-seu trijugis linearibus: stipulis semisagittatis. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In nemoribus prope Loppow et Zantoch inque sylva ad Cladow. Junio. ♃.

Radix *tuberosa repens.* Caulis *erectus simplex, alatus.* Folia 2- 3-*vel* 4-*juga*, *petiolis alatis.* Racemus *sub unilateralis.* Flores *purpurei.*

640. *O niger.* caule ramoso, foliis sexjugis ovato-oblongis. *Lin. sp. pl. W. 3. p. 1076. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In nemoribus ad Zantoch. Junio. Julio. ♃.

Caulis *ramosus anceps.* Folia *alterne pinnata*; Foliola *ovato-oblonga*, *mucronata*, 12 *ad* 15. Petiolus *mucrone terminatus.* Stipulae *lanceolatae.* Flores *purpurei racemosi.*

PISUM.

Stylus triangulus, ſupra carinatus pubeſcens, *Calycis* laciniae ſuperiores 2 breviores.

641. *P. ſativum.* petiolis teretibus, ſtipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris. *Lin. ſp. pl. W.* 3. 1070.

In agris et cultis. Aeſtate. ☉.

Foliola *ovata mucronata.* Petiolus *cirrho trifido terminatus.* Pedunculi 2- 3-*vel multiflori.* Flores *variant colore albo, carneo, rubro vel violaceo.*

642. *P. arvenſe.* petiolis tetraphyllis, ſtipulis crenatis, pedunculis unifloris. *Lin. ſp. pl. W.* 3. *p.* 1071. *Roth. fl. Roth. Hoffm. Deut. Fl*

Inter ſegetes prope Zantoch. Aeſtate. ☉.

Flores *albi.*

LATHYRUS.

Stylus planus, ſupra villoſus, ſuperne latior. *Cal.* laciniae ſuperiores 2 breviores.

643. *L. tuberoſus.* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis ovalibus, internodiis nudis. *Lin. ſp. pl. W.* 3. *p.* 1088. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Inter ſegetes Zechow et Schützenſee verſus. Junio. Julio. ♃.

Radix *tuberoſa nigra.* Caulis *ſubquadrangulus inter nodos nudus.* Foliola *ovali lanceolata, mucronata.* Flores *rubri, ſuavis odoris.*

644. *L. pratenſis* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis: foliolis lanceolatis. *Lin. ſp. pl. W.* 3. *p.* 1089. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In pratis ad Schützenſee, prope Gennin, Hopfenbruch et alibi. Junio. Julio. ♃.

Variat cirrho *ſimplici vel* 2-*aut* 3-*fido.*

Flores *lutei odorati.*

645. *L. ſylveſtris.* pedunculis multifloris, cirrhis di-

phyllis: foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis. *Lin. sp. pl. IV. 3. p. 1089. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t. 525.*

In pratis sylvam versus ad Himmelstaedt. Junio. Julio. ♃.

Stipulae *semisagittatae.* Foliola *trinervia.* Flores *violaceo-purpurei.*

646. *L. palustris.* pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, foliolis lineari-lanceolatis acutis, stipulis semisagittatis lanceolatis, internodiis membranaceis. *Lin. sp. pl. IV. 3. p. 4090. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t. 309.*

In pratis Zechow versus. Junio. Julio. ♃.

Cirrhi *interdum 4-phylli, saepius 6-phylli.* Foliola *ovali-lanceolata, mucronata, nervosa.* Flores *pallide coerulescentes vel purpurascentes.*

VICIA.

Stigma latere inferiore transverse barbatum.

* *Pedunculis elongatis.*

647. *V. sylvatica.* pedunculis multifloris folio longioribus, foliolis ellipticis, stipulis lunatis setaceo-dentatis. *Lin. sp pl. IV. 3 p 1095. Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ. Flor. dan. t 277.*

In nemoribus prope sylvarium Topp ad Gennin. Junio Augusto. ♃.

Stigma *subtus pilosum vel undique barbatum.* Legumen *glabrum, teretiusculum, polyspermum.* Flores *albidi coeruleo-striati et punctati.*

648. *V. villosa.* pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis oblongo-ovatis villosis, stipulis semisagittatis ovatis basi obtuse dentatis. *Lin. sp. pl. IV. 3. p. 1098. Roth. fl. germ.*

Inter segetes praecipue prope Schützensee et Hopfenbruch. Junio. Julio. ☉.

Foliola *elliptica vel ovata, obtusa, mucronata ut tota planta villosa.* Flores *purpureo-violacei majores quam in* V. Cracca. Calycis *dentes setacei. Willd.*

Variat foliolis *lineari lanceolatis acutis* ſtipulisque *ſubdentatis cum* caule *minus villoſis et* floribus *albis.*

649. *V. Cracca.* pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis obtuſis, ſtipulis ſemiſagittatis lineari-ſubulatis integerrimis. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 1098. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In collibus Zechow, Heinersdorff et Cladow verſus. Junio. Auguſto. ♃.

Flores *coerulei.*

650. *V. tenuifolia.* pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis linearibus glabriuſculis trinerviis, ſtipulis linearibus integerrimis. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 1099. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Inter ſepes vineae Schlüteri. Junio. Auguſto. ♃.

Antecedenti ſimilis; differt vero: foliolis *linearibus acutis ſubtus trinerviis, dimidio longioribus, apicem verſus decreſſcentibus.*

Flores *coerulei.*

651. *V. caſſubica.* pedunculis multifloris folio brevioribus, foliolis oblongis ſubpubeſcentibus, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis lanceolatis. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 1096. *Roth. fl. germ Hoffm. Deut. Fl.*

Vicia multiflora. *Roth. et Hoffm. l. c.*

Prope ſylvam ad Himmelſtaedt. Junio. Julio. ♃.

Caulis *ſeſquipedalis, erectus, anguloſus, alternatim flexuoſus, piloſus.* Folia *alterna, pinnata, cirrho* 1 2-*ſeu* 3-*fido*: Foliola 9, 12 *ad* 15 *utrinque, ovalia vel oblonga, obtuſa, mucronata, ſubtus praecipue pubeſcentia.* Stipulae *pubeſcentes ſuperiores lanceolatae.* Flores *purpuraſcentes, calyce villoſo.* Legumen *compreſſum, ſemiunciale, ſubtripermum.*

** *Floribus axillaribus.*

652. *V. ſativa.* leguminibus ſubſeſſilibus ſubbinatis, foliolis oblongo ovatis truncatis mucronatis, ſti-

pulis dentatis notatis. *Lin. ſp. pl. W. 3. p. 1104. Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ.*

Inter ſegetes. Junio. Julio. ⊙.

Folia *pinnata, foliolis obverſe lanceolatis, obtuſis, emarginatis, mucronatis pubeſcentibus.* Stipulae *dentatae ſubtus macula inuſta quaſi notatae.* Flores *purpuraſcentes.* Legumina *erecta, villoſula.* Semina *compreſſa.*

953. *V. anguſtifolia.* leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis patentibus, foliolis imis ovatis retuſis emarginatis, ſuperioribus linearibus apice integerrimis, ſtipulis dentatis, ſeminibus globoſis. *Lin. ſp. pl. W. 3. p. 1105. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t. 201.*

In campis arenoſis prope Schützenſee, Hintermühle et Lorenzdorff. Junio. Julio. ⊙.

Legumina *glabra.* Flores *violaceo-purpuraſcentes.*

654. *V. ſepium.* leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis: exterioribus decrescentibus. *Lin. ſp. pl. W. 3 p. 1109. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t. 699*

Im Hopfenbruche et in ſepibus ad loca humida Zechow verſus Majo. Julio. ♃.

Folia *pinnata, foliolis 5 ad 9, ovatis, mucronatis, interdum emarginatis.* Stipulae *dentatae, notatae.* Flores *violaceo-purpurei, interdum albi.*

*** Stigmate imberbi.*

GENISTA.

Cal. bilabiatus: dentibus binis ſuperioribus breviſſimis. *Vexillum* oblongum a piſtillo ſtaminibusque deorſum reflexum.

655. *G. tinctoria* foliis lanceolatis glabris, ramis teretibus ſtriatis erectis, leguminibus glabris. *Lin. ſp. pl. W. 3. p. 939. Hoffm. Deut. Fl.*

Spartium tinctorium. *Roth. fl. germ.*

In ſiccioribus pone lacum ad Himmelſtaedt. Junio. Julio. ♄.

Flores *ſpicati lutei.*

656. *G. germanica.* ſpinis verrucoſo-compoſitis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis hirſutis, racemis terminalibus nudis, carina pubeſcente. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 944. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In ſylva ad Cladow et collibus nemoroſis prope Gennin. Junio. Julio. ♄.

Caulis *ramoſus hirſutus ſpinis compoſitis*; *rami juniores inermes.* Flores *lutei ſpicati minores ut in antecedente.* Legumina *villoſa.*

ANTHYLLIS.

Cal. ventricoſus. *Legumen* ſubrotundum, tectum, 1-ſeu 3-ſpermum.

657. *A. Vulneraria.* herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. *Lin. ſp. pl. IV.* 3. *p.* 1013. *Hoffm Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 196.

In collibus et ad vias prope Schützenſee, Zechow, Zantoch et Jahnsfelde. Junio. Julio. ♃.

Caulis *proſtratus villoſus.* Folia *radicalia ſimplicia ovali oblonga, longe petiolata, caulina pinnata, foliolis lineari-lanceolatis, terminali majore latiore.* Bracteae *capitulorum digitatae.* Flores *pallide lutei interdum rubeſcentes.* Legumina 1-*ſperma.*

ONONIS.

Cal. 5-partitus: laciniis linearibus. *Vexillum* ſtriatum. *Legumen* turgidum, ſeſſile. *Filamenta* connata absque fiſſura.

658. *O. ſpinoſa.* floribus ſubgeminatis axillaribus, foliis inferioribus ternatis lanceolatis ſerratis, ramisque ſpinoſis villoſis. *Lin. ſp. pl. IV.* 3. *p.* 989. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Ad viam Cladow, Heinersdorff et Zechow versus. Aestate. ♃.
Flores *purpurascentes.*

659. *O. hircina.* floribus geminatis, foliis inferioribus ternatis ellipticis serratis pubescentibus, caule inermi villoso viscoso. *Lin. sp. pl. W. 3 p.* 989.
Ononis arvensis. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*
In pratis prope Schützensee passim. Aestate. ♃.
Variat floribus *solitariis, geminatis et racemosis.* Florum *color idem qui in antecedente.*

E R V U M.

Cal. 5-partitns. *Stigma* capitatum undique pilosum.

660. *E. hirsutum.* pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis dispermis, foliolis linearibus obtusis. *Lin. sp. pl. W.* 3. *p.* 1113. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 202.
Inter segetes ubique. Aestate. ⊙.
Folia *pinnata.* Foliola *subtruncata cum mucrone, utrinque* 5 *ad* 10. Cirrhi *multifidi.* Pedunculi 3-*vel* 4-*flori.* Flores *albi.*

C I C E R.

Cal. 5-partitus, longitudine corollae: laciniis 4 superioribus vexillo incumbentibus. *Legumen* turgidum, 2-spermum.

661. *C. Lens.* pedunculis subbifloris, seminibus compressis, foliolis integerrimis. *Lin. sp. pl. W.* 3. *p.* 1114.
Ervum *Lens. Lin. Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ.*
Inter segetes inque arvis. Aestate. ⊙.
Caulis *simplex aut ramosus.* Calycis *laciniae* corolla *alba saepius longiores, setaceae.* Stylus *superne villosulus.* Legumen 1-2-*seu* 3-*spermum.*

L O-

LOTUS.

Legumen cylindricum, ſtrictum. *Filam.* cuneiformia. *Alae* ſurſum longitudinaliter conniventes. *Calyx* tubuloſus.

662. *L. corniculatus.* capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 1395. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In verſuris, pratis et ſylvaticis. Aeſtate. ♃.

Folia *ternata: foliola ovata.* Stipulae *ſubovato-acutae integrae.* Flores *lutei depreſſi.* Legumina *divaricata, teretia, ſtylo perſiſtente terminata.*

Variat caule *proſtrato glabro et erecto piloſo;* foliis *latioribus et anguſtioribus, glabris et piloſis.*

MEDICAGO.

Legumen compreſſum, cochleatum. *Carina* corollae a vexillo deflectens.

* *Medicagines leguminibus lunatis ſubcontortis.*

663. *M. ſativa.* pedunculis racemoſis, leguminibus laevibus cochleato contortis, ſtipulis integerrimis, foliolis oblongis dentatis. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 1404. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In collibus et pratis Zechow verſus, inque agris circum Schützenſee et Stoltzenberg. Julio. Auguſto. ♃.

Caulis *aſcendens glaber.* Folia *ternata; foliola lanceolata apicem verſus dentata.* Stipulae *infimae baſi dentatae, ſuperiores integerrimae.* Flores *violacei.*

664. *M. falcata.* pedunculis racemoſis, leguminibus contorto-falcatis pubeſcentibus, foliolis oblongis apice dentatis. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 1405. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 233.

In agrorum verſuris et ad vias prope Merzdorff et Schützenſee. Aeſtate. ♃.

Caules *proſtrati.* Stipulae *lanceolatae integrae aut baſi dentatae.* Folia *ternata.* Flores *lutei in racemum capituliformem.*

665. *M. lupulina.* ſpicis ovalibus, leguminibus reniformibus monoſpermis, ſtipulis integerrimis, foliolis obovatis. *Lin. ſp. pl. IV.* 3. *p.* 1406. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Ad viam Zechow verſus, in verſuris, agris et arvis. Aeſtate. ☉ — ♂.

Caulis *divaricatus ſuperne pubeſcens.* Folia *ternata.* Flores *lutei.* Legumina *ſtriato-rugoſa pilis rigidis obſita.*

** *Medicae leguminibus cochleatis.*

666. *M. minima.* pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis piloſis, aculeis ſubulatis rectis uncinatis, ſtipulis integerrimis, foliolis obovatis dentatis. *Lin. ſp. pl. IV.* 3. *p.* 1418. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In collibus arenoſis apricis prope Vordermühle. Junio. Julio. ☉.

Caulis *ramoſus proſtratus.* Foliola *retuſa apice dentata ut tota planta albo hirſuta.* Flores *minuti lutei.* Legumina *triplicato in formam globi torta.*

ASTRAGALUS.

Legumen plerumque biloculare, gibbum. *Semina* biſerialia.

667. *A. Cicer.* caulefcens proſtratus, foliolis glabriuſculis oblongis obtuſis mucronatis, ſtipulis lanceolatis, racemis pedunculatis folio longioribus, leguminibus ſubgloboſo-inflatis mucronatis pubeſcentibus. *Lin. ſp. pl. IV.* 3. *p.* 1275. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Jacq. auſtr. t.* 251.

In agrorum verſuris Schützenſee et Zechow verſus Junio. Julio. ♃.

Caulis *ſubſulcatus.* Folia *imparipinnata.* Foliola *oblonga ſublanceolata utrinque pilis adpreſſis obſita.* Flores *albido-luteſcentes.* Legumina *pilis denſis albis nigriſque obtecta.*

668. *A. glycyphyllos.* caulescens prostratus, foliolis glabris ovatis, obtusis, mucronatis, stipulis ovato-lanceolatis, racemis pedunculatis folio brevioribus, leguminibus subtriquetris arcuatis. *Lin. sp. pl. IV.* 3 *p.* 1276. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In vinea Schlüteri et Regins Hopfenbruch. Junio. Julio. ♃.

Flores *pallide lutei.* Folia *pinnata cum impari.*

669. *A arenarius.* caulescens ramosus prostratus, foliolis lineari-lanceolatis sericeis complicatis, racemis subsexfloris folio longioribus, leguminibus oblongis pubescentibus. *Lin. sp pl. IV.* 3. *p.* 1289. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In arena mobili viae Cladow versus magnas areas efformat. Junio. Julio. ♃.

Radix *repens.* Foliola *imparipinnata* 3-*s.* 5-*juga.* Stipulae *oppositifoliae solitariae, ovato-acutae bifidae.* Racemi 4-*vel* 6-*flori.* Corollae *coeruleae.* Legumina *teretiuscula, sulco exarata, pubescentia, stylo terminata levissime arcuata. Tota planta albo sericea.*

TRIFOLIUM.

Flores subcapitati. *Legumen* vix calyce longius, non dehiscens, deciduum.

* *Meliloti leguminibus nudis polyspermis, floribus racemosis.*

670. *T. officinale.* leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis, stipulis lanceolato-subulatis indivisis, caule erecto. *Lin. sp. pl. IV.* 3. *p.* 1355.

Trifolium Melilotus officinalis. *Hoffm. Deut. Fl Roth. Fl. germ. Bull. t.* 251.

Ad viam Zechow versus inter sepes. Julio. Augusto. ♂. ☉.

Folia *ternata*: Foliola *ovato-lanceolata dentata obtusa glabra.*

Variat floribus *luteis et albis.*

** *Lotoidea leguminibus tectis, polyſpermis.*

671. *T. repens.* capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, calycinis dentibus ſuperioribus brevioribus, foliolis ovato-oblongis, emarginatis, ſerrulatis, caule repente. *Lin. ſp. pl. W.* 3. *p.* 1359. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In pratis et paſcuis ubique. Majo. Auguſto. ♃.

Variat interdum foliolis 4, 5 *ad* 6; floribus *albis et rubentibus.*

*** *Lagopoda calycibus villoſis.*

672. *T. rubens.* ſpicis cylindraceo oblongis, calycinis dentibus villoſis, infimo longitudine corollae monopetalae inaequalis, ſtipulis enſiformibus, foliolis lanceolatis obtuſe ſerrulatis, caule erecto. *Lin. ſp. pl. W.* 3. *p.* 1366. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Jacq. auſtr. t.* 385.

In collibus Zechow verſus. Junio. Julio. ♃.

Folia *ternata, petiolo vaginante ſtipulato*: ſtipulis *apice ſerratis.* Flores *ſeſſiles purpurei.* Legumina *ſubrotunda glabra.*

673. *T. pratenſe.* ſpicis denſis ovatis, calycis dente infimo tubo corollae monopetalae inaequalis breviore, ſtipulis ariſtatis, foliolis ovalibus ſubintegerrimis, caule aſcendente. *Lin. ſp. pl. W.* 3. *p.* 1366. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In pratis ubique. Aeſtate. ♃.

Caules *aſcendentes, teretes, ſtriati.* Folia *ternata petiolata, foliolis inferioribus ovatis, obtuſis, ſuperioribus ovali lanceolatis, plerumque macula ſagittata alba notatis.* Stipulae *ovatae ſcarioſae, venis rubris pictae, ariſtatae.* Spicae *terminales ſeſſiles, interdum pedunculatae, inter folia duo ſumma oppoſita ſeſſilia, calycem quaſi communem conſtituentia.* Flores *purpurei interdum albi.* Legumen *operculatum obſervante Clar. Schkuhrio.*

674. *T. alpeſtre.* ſpicis denſis ſubgloboſis ſubgeminatis, calycis dente infimo tubum corollae monopetalae ſubaequalis aequante, ſtipulis ſetaceis, foliolis lanceolatis tenuiſſime ſerrulatis ſtriato-ve-

nosis, caulibus simplicissimis strictis. *Lin. sp. pl. IV. 3. p.* 1368. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Jacq. austr. t.* 433.

In Galgenberg et collibus circum Schützensee. Aestate. ♃.

Flores *purpurei.*

Differt ab antecedente cui simile est: Caule *stricto piloso*, foliolis *margine pilosis apice barbatis*, stipulis *angustioribus viridibus pilosis et* capitulis *plerumque duobus.*

675. *T. medium.* spicis laxis subglobosis solitariis, calycis dente infimo tubum corollae monopetalae subaequalis aequante, stipulis subulatis, foliolis ellipticis tenuissime serrulatis striato venosis, caulibus flexuosis ramosis. *Lin. sp. pl .IV.* 3. *p.* 1367.

Trifolium flexuosum. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Jacq. austr. t.* 386.

Im Hopfenbruche inque nemoribus prope Zantoch. Aestate. ♃.

Variat caule, foliis, stipulis calycibus*que pilosioribus*, flore *purpureo et albo.*

676. *T. arvense.* spicis villosissimis subcylindraceis, dentibus calycinis setaceis corolla longioribus, foliolis obovato linearibus. *Lin. sp. pl. IV.* 3. *p.* 1373. *Hoffm Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 724.

In agris, arvis campisque sterilibus. Julio. Augusto. ⊙.

Caulis *erectus villosissimus.* Foliola *villosa.* Flores *albi, alis macula sanguinea intus notatis.*

**** *Vesicariae calycibus inflatis ventricosis.*

677. *T. fragiferum.* capitulis subrotundis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubescentibus, dentibus setaceis binis reflexis, caulibus repentibus, foliolis obovatis obtusis. *Lin. sp. pl. IV.* 3. *p.* 1380. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Ad Warthae ripas in pratis, im Hopfenbruche et Bürgerwiesen. Julio. Augusto. ♃.

Caules *repentes glabri angulati.* Foliola *retusa, denticulata.* Stipulae *lineari lanceolatae nervis viridibus pictae.* Pedunculi *teretes foliis multo longiores.* Flores *rubelli.* Calyces *fructiferi reflexi.*

***** *Lupulina vexillis corollae inflexis.*

678. *T. montanum.* spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto *Lin. sp. pl. W.* 3. *p.* 1581. *Roth. fl. germ Hoffm. Deut. Fl.*

In collibus Zechow, Schützensee et Galgenberg versus. Majo usque ad Augustum. ♃.

Caulis *angulatus.* Foliola *lanceolata, striato venosa, margine denticulata subtus villosa.* Flores *in racemum coarctatum, albi,* bracteis *minimis subulatis distincti.* Calyx *pilis raris vestitus.*

679 *T. agrarium.* spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycinis dentibus subulatis inaequalibus glabris, caule erecto, foliolis lanceolato - cuneatis, intermedio sessili. *Lin. sp. pl. W.* 3. *p.* 1382 *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In collibus Zechow versus et prope coemeterium Judaeorum. Junio. Julio. ⊙

Foliola *emarginata supra medium denticulata.* Calycis *laciniae ad apices pilosulae.* Corollae *flavae demum brunneae.*

680. *T. procumbens.* spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus sulcatis, caulibus procumbentibus, foliolis obovatis. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 1383. *Hoffm. Deut Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 796.

In agris Merzdorff et Hintermühle versus. Junio. Julio. ⊙.

Omnibus in partibus sequenti majus. Capitula *magis imbricata* 15-*ad* 20- *flora.* Flores *lutei.* Foliola *obovata, denticulata, emarginata, striata.*

681. *T filiforme.* spicis capitatis hemisphaericis vexillis persistentibus laevibus, caulibus procum-

bentibus, foliolis obcordatis. *Lin. ſp. pl. W.* 3. *p.* 1384. *Hoffm. Deut. Fl Roth. fl. germ.*

In collibus Wepritz, Heinersdorff, Cladow et Zechow verſus. Julio. Auguſto. ☉.

Caules *filiformes flexuoſi.* Foliola *cuneata obtuſa emarginata, apicem verſus denticulata.* Capitula 3-*ad* 15-*flora.* Flores *lutei.*

D I G Y N I A.

a. apetali.

S C L E R A N T H U S.

Cal. 1-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1, calyce incluſum.

682. *S. annuus.* calycibus fructus patulis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 660. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 504.

In agris et arvis arenoſis ad Schützenſee et Himmelſtaedt. Aeſtate. ☉.

Calycis *laciniae acutae, vix albido marginatae.* Caules *ramoſi ante groſſificationem erecti, dein proſtrati.*

683. *S. perennis.* calycibus fructus clauſi. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 661. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t* 120.

Iisdem in locis eodemque tempore. ♃.

Calycis *laciniae obtuſae, albido-marginatae.* Caules *proſtrati, ramoſi.*

Menſe Junio Coccus polonicus *ad radices invenitur.*

b. monopetali.

A S C L E P I A S.

Contorta. Nect. 5, ovata, concava, corniculum exſerentia. *Stamina* ſub ſtigmate occulta.

684. *A. Vincetoxicum.* foliis ovatis acuminatis margine tenuiſſime ciliatis, caule erecto, umbellis proli-

ſeris. *Lin. ſp. pl. W. 1. p.* 1268. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 55.
In collibus nemoroſis prope urbem et Wepritz. Julio. ♃.
Caulis *erectus, ſimplex, teres, parum villoſus.* Folia *oppoſita petiolata.* Flores *in alis foliorum, umbellati, albi.*

c. pentapetali.

SAXIFRAGA.

Cal. 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

685. *S. granulata.* foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 651. *Roth. fl germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 119.
In collibus Merzdorff et Heinersdorff verſus. Majo. Junio. ♃.
Folia *radicalia in petiolum decurrentia, caulina palmata, uti caulis villoſa.* Flores *albi.*

686. *S. Tridactylites.* foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 654. *Hoffm. Deut. Roth. fl. germ.*
In collibus et agris Lorenzdorff et Zechow verſus. Aprili. Majo. ⊙.
Caules *rubri.* Folia *radicalia petiolata, caulina ſeſſilia.* Flores *albi punctis rubris.*

GYPSOPHILA.

Cal. 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, ſeſſilia. *Caps.* globoſa, 1-locularis.

687. *G. muralis.* foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 666. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl Schk. t.* 120.
In arvis et agris Merzdorff verſus inque Bürgerwieſen. Auguſto. Septembri. ♂.
Flores *carnei.*

SAPONARIA.

Cal. 1-phyllus, nudus. *Petala* 5, unguiculata. *Caps.* oblonga, 1-locularis.

688. *S. officinalis.* calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 667. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 121.
In vinea Schlüteri ad ſepes. Aeſtate. ♃.
Caulis *erectus, teres, geniculatus, glaber, ramoſus.* Folia *trinervia glabra.* Flores *albido-carnei.*

DIANTHUS.

Cal. cylindricus, 1-phyllus: baſi ſquamis 4. *Petala* 5, unguiculata. *Caps* cylindrica, 1-locularis.

* *Flores ſolitarii.*

689. *D. deltoides.* floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ovato-lanceolatis acutis ſubbinis, foliis obtuſiuſculis ſubpubeſcentibus, petalis crenatis. *Lin. ſp. pl. IV* 2. *p.* 676. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 577.
In collibus ubique. Aeſtate. ♃.
Flores *purpurei, punctis albis.*

690. *D. plumarius.* floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis muticis, corollis multifidis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 678. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*
In campis arenoſis prope Wepritz. Julio. ♃.
Folia *rore caeſio glauca. Willd. l. c.* Caules *proſtrati ſuberecti.* Flores *albi.* Calycis *ſquamae* 2 *interdum ariſtatae.*

691. *D. ſuperbus.* floribus ſolitariis paniculatis, ſquamis calycinis breviſſimis acuminatis, petalis multifido-capillaribus, caule erecto. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 679. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 578.
In ſiccioribus graminoſis pone lacum ad Himmel-

ſtaedt inque ſylva prope Wormsfelde. Julio. Auguſto. ♂.
Flores *albido-violacei intus in baſi luteo villoſi, nocte fragrantiſſimi.*

*** Flores aggregati.*

692. *D. carthuſianorum.* floribus ſubaggregatis, ſquamis calycinis ovatis, ariſtatis, tubo brevioribus, involucro oblongo ariſtato capitulo breviore, foliis linearibus, trinerviis. *Lin ſp. pl. W.* 2. *p.* 671. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*
In collibus ubique. ♃.
Flores *purpurei.*

693. *D. prolifer.* floribus aggregatis capitatis, ſquamis calycinis ovatis, obtuſis, muticis, tubum ſuperantibus. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 673. *Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ. Flor. dan. t.* 221.
In collibus Hintermühle verſus inque vinea Schlüteri ad agrorum margines. Iulio. Auguſto. ⊙.
Caulis *erectus ſimplex vel ramoſus.* Calycis *ſquamae ſcarioſae.* Flores *carnei*, petalis *apice emarginatis.*

TRIGYNIA.

CUCUBALUS.

Cal. inflatus. *Petala* 5, unguiculata, absque corona ad faucem. *Caps.* 5-locularis.

694. *C. Behen.* calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 684. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 121.
In collibus apricis prope Hintermühle et in vinea Schlüteri. Julio. Auguſto. ♃.
Folia *ſeſſilia, connata, lanceolata, acuta.* Flores *paniculati, albi*, petalis *bipartitis crenatis.* Pedunculi *bracteis* 2 *oppoſitis ſuffulti.*

695. *C. Otites.* petalis linearibus indiviſis undulatis

glabris, floribus dioicis, pedunculis glabris, caule paniculato. *Lin. ſp. pl. W. 2. p.* 688. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 518

Ad vias, in campis ſterilibus et collibus. Junio. Julio. ♃.

Caulis *ſubviſcoſus ſubpaniculatus.* Folia *ſpathulata hirta.* Flores *parvi virideſcentes, verticillatim poſiti.*

696. *C. tataricus.* petalis bipartitis, floribus ſecundis decumbentibus, pedunculis oppoſitis ſolitariis erectis, caule ſimpliciſſimo. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 687.

Ad Warthae ripas prope Kietzergarten frequens. Julio. Auguſto. ♃.

Caules *plures ex una radice, ſeſquipedales et altiores, erecti, teretes geniculati, piloſi praecipue in geniculis, ſubramoſi, inferne rubri.* Folia *Hyſſopi, oppoſita, connata, ſeſſilia, juniores anguſtiores in axillis foliorum.* Flores *in foliorum ſuperiorum axillis, apicem verſus bracteis ſuffulti.* Bracteae *lanceolatae acuminatae albidae vel rubeſcentes.* Corolla *albida.* Stamina *corolla longiora.* Germen *pedicellatum.* Styli *tres longitudine ſtaminum.* Capſula *oblonga* calyce *tecta.*

Haec in Germania non obſervata planta nobis ſponte creſcit et in hunc locum a Wartha *ſine dubio invecta.*

SILENE.

Cal. ventricoſus. *Petala* 5, unguiculata, coronata ad faucem. *Caps.* 3-locularis.

697. *S. nutans.* petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 694. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 222.

In pratorum ſiccioribus pone lacum ad Himmelſtaedt. Junio. Julio. ♃.

Caulis *geniculatus hirtus ſuperne viſcoſus.* Folia *lanceolata hirta.* Flores *albi.*

STELLARIA.

Cal. 5-phyllus, patens. *Petala* 5, bipartita. *Caps.* 1-locularis, polyfperma.

698. *S. nemorum.* foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramofis. *Lin. fp. pl. W. p.* 710. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 271.

Im Bürgerbruche. Majo. ♃.

Caulis *debilis angulofus villofus.* Flores *albi.* Pedunculi *fructiferi reflexi.*

699 *S Holoftea.* foliis lanceolatis ferrulatis, petalis bifidis. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 711. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 122.

Ad fepes inque umbrofis v. g. im Hopfenbruche, et Schützenfee. Majo. ♃.

Caulis *bafi repens dein erectus, quadrangulus, fuperne dichotomo paniculatus.* Folia *oppofita.* Pedunculi *uniflori e dichotomia caulis.* Flores *albi,* petalis *calyce fere triplo longioribus.*

700. *S. graminea.* foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis, petalis calycis longitudine. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 711. *Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 415.

S. arvenfis. *Hoffm. Deut. Fl.*

β. S. *Dilleniana.* caule flaccido, foliis lineari-lanceolatis, pedunculis terminalibus bifloris, petalis bipartitis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 191. *Fl. dan. t.* 414.

In pratis et foffis graminofis: β in horto anglico prope Himmelftaedt. Junio. Julio. ♃.

Caulis *quadrangulus bafi decumbens dein erectus, dichotomus.* Folia *oppofita lineari-lanceolata acuta, integerrima.* Flores *albi, petalis usque ad medium bipartitis.*

701. *S. paluftris.* foliis lineari-lanceolatis integerrimis, floribus paniculatis, petalis bipartitis calyce majoribus. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 712. *Hoffm. Deut. Fl.*

Stellaria graminea δ. *Roth. fl. germ.*

In paludibus et ad fossarum margines prope Himmelstaedt. Julio. ♃.

Folia *quam in antecedente angustiora plerumque longiora glauca.* Flores *albi.*

702. *S. Alsine.* foliis oblongo-lanceolatis, pedunculis subgeminatis uni-multiflorisve, petalis calyce brevioribus, caule decumbente. *Lin. sp. pl. IV. 2. p.* 713. *Hoffm. Deut. Fl.*

Stellaria uliginosa. *Roth. fl. germ.*

Eodem in loco et tempore. ⊙.

Caulis *debilis ramosus divaricatus, quadrangulus, glaber.* Folia *inferiora latiora, superiora angustiora antecedentibus breviora.* Pedunculi *floriferi erecti, fructiferi divaricati.* Flores *albi.*

ARENARIA.

Cal. 5-phyllus, patens. *Petala* 5, integra. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

703. *A. trinervia.* foliis ovatis acutis petiolatis nervosis. *Lin. sp. pl. IV.* 2. *p.* 718. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 122.

In nemoribus Gennin versus, inque sylva Cladoviana. Aestate. ⊙.

Flores *albi*, petalis *calyce brevioribus.*

704. *A. serpillifolia.* foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus. *Lin. sp. pl. IV.* 2. *p.* 720. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 977.

In agris, arvis et pascuis ubique. Aestate. ⊙.

Caules *prostrati, ramosissimi.* Flores *albi.*

705. *A. rubra.* foliis filiformibus, stipulis membranaceis vaginantibus. *Lin. sp. pl. IV.* 2. *p.* 721. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Ad vias inque pascuis praecipue ad Rundungswall. Julio. ⊙.

Caules *decumbentes.* Folia *opposita internodiis duplo breviora.* Flores *rubri.*

PENTAGYNIA.

SEDUM.

Cal. 5-ſidus. *Cor.* 5-petala. *Squamae nectariferae* 5 ad baſin germinis. *Caps.* 5.

* *planifolia.*

706. *S. Telephium.* foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. *Lin ſp. pl. W.* 2. *p.* 760. *Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ. Fl. dan. t.* 686.

In urbis muro, vinetis et agrorum verſuris. Julio. Auguſto. ♃.

Radix *tuberoſa carnoſa.* Folia *ovata carnoſa ſerrato-dentata, glabra.* Flores *pallide luteſcentes.*

** *teretifolia.*

707. *S. acre.* foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus, gibbis, erectiuſculis alternis, cyma trifida. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 767. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 123.

In collibus, campis muris et tectis. Junio. Julio. ♃.

Calyx *et* corolla *lutea.*

708. *S. ſexangulare.* foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis ſexfariam imbricatis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 767. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In vinea Schlüteri et collibus prope Zechow. Junio. Julio. ♃.

Calyx *et* Corolla *lutea.*

OXALIS.

Cal. 5-phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Stam.* inaequalia, 5 breviora, exteriora baſi connata. *Caps.* angulis dehiſcens, pentagona.

709. *O. Acetoſella.* acaulis, ſcapo unifloro foliis longiore, foliis ternatis obcordatis, ſtylis longitudi-

ne ſtaminum interiorum, radice articulata. *Lin. ſp. pl. IV. 2. p. 780. Roth. fl. germ. Hoffm Deut. Fl. Schk. t. 123.*
In ſylvis et nemoribus ubique. Aprili. Majo. ♃.
Flores *albi, purpureo venoſi.*

710. *O. ſtricta* caule erecto ramoſo, pedunculo umbellifero petiolis breviore, foliis ternatis obcordatis, corollis obtuſis, ſtylis longitudine ſtaminum interiorum. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 800. *Hoffm. Deut. Fl.* 1800.
Oxalis corniculata. *Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 873.
In hortis et cultis. Junio. Julio. ♃.
Radix *fibroſa.* Flores *lutei, nigro ſtriati.*

AGROSTEMMA.

Cal. 1-phyllus, coriaceus. *Petala* 5, unguiculata: Limbo obtuſo, indiviſo. *Caps.* 1-locularis.

711. *A. Githago.* hirſuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 805. *Roth. fl. germ Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 124.
Inter ſegetes. Junio ⊙.
Caulis *erectus ſtrictus uti* folia *connata lanceolata piloſus.* Flores *purpurei, terminales, ſolitarii.*

LYCHNIS.

Cal. 1-phyllus, oblongus, laevis. *Petala* 5, unguiculata: Limbo ſubbifido. *Caps.* 5-locularis.

712. *L. Flos cuculi.* petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. *Lin. ſp. pl. IV.* 2, *p.* 807. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 590.
In pratis ubique. Majo. Junio. ♃.
Caulis *erectus ſulcatus hirtus viſcoſus.* Folia *lanceolata acuta glabra.* Flores *in axillis aut terminales purpurei.* Calyx *glaber purpuraſcens ſtriatus.* Capſula *unilocularis* 5-*dentata.*

713. *L. vespertina.* floribus dioicis, capsulis unilocularibus conicis apicibus rectis. *Hoffm. Deut. Fl.* 1800. *p.* 211.

L. dioica. floribus dioicis. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 810. *Roth. fl. germ. Schk. t.* 124.

In agris, arvis ruderatisque. Aestate. ♃.

Tota planta pubescens Flores *albi circa vesperam explicati, odorati, rarius hermaphroditi.* Calyces *et* pedunculi *pilosi.* Styli *subpilosuli.*

714. *L. Viscaria.* petalis integris. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 808. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl germ. Fl. dan. t.* 1032.

In pratorum ficcioribus pone lacum ad Himmelstaedt. Junio. Julio. ♃.

Caulis *erectus geniculis viscosis.* Folia *ad basin caulis plura, lanceolata, margine in basi pilosa; caulina opposita, floralia rubra.* Flores *racemosi pedunculis plerumque trifloris.* Calyx *ruber* 10-*striatus.* Corolla *rubra.* Capsula 5-*locularis.*

CERASTIUM.

Cal. 5-phyllus. *Petala* bifida. *Caps.* 1-locularis, apice dehiscens.

* *Capsulis oblongis.*

715. *C. vulgatum.* foliis ovatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffusis. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 811. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In agris, cultis et ad vias. Julio. Augusto. ⊙.

Caules *cespitosi et ut folia pilosi.* Folia *radicalia ovata in petiolum decurrentia, caulina opposita, basi angustiora, connata.* Corolla *alba.*

716. *C. viscosum.* erectum piloso viscosum, foliis oblongis obtusis, petalis calyce brevioribus. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 812. *Roth fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In pratis, pascuis et ruderatis ante Mühlenthor. Aprili. Majo. ⊙.

Tota planta pilis granduliferis viscosa. Caules *erecti*

erecti ſimplices, ſuperne dichotomi. Folia *inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia.* Corolla *alba.*

717. *C. ſemidecandrum.* decumbens piloſum, foliis oblongis obtuſis, petalis calyce brevioribus. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 812. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

Ad vias, in campis ſterilibus aggeribusque. Majo.

Planta vix ſesquiunciam longa. Petala *alba emarginata.* Stamina 5 *alternatim ſterilia.*

718. *C. arvenſe.* foliis lineari-lanceolatis obtuſis glabris, corollis calyce majoribus. *Lin ſp. pl W.* 2. *p.* 813. *Hoffm. Deut. Fl Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 626.

In campis et agrorum verſuris Merzdorff verſus et alibi. Majo. Junio. ♃.

Caulis *decumbens, tempore infloreſcentiae erectus, piloſus.* Folia *pubeſcentia.* Corolla *alba.*

** *Capſulis ſubrotundis.*

719. *C. aquaticum.* foliis cordatis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, fructibus pendulis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 816. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 438.

In Salicetis ad Warthae ripas et Aufſtall. Julio. Auguſto. ♃.

Caulis *erectus, ramoſus divaricatus pubeſcens ſubviſcoſus.* Flores *in axillis aut terminales.* Petala *alba ad baſin uſque bipartita,* calyce *duplo longiora.*

Variat interdum foliis *radicalibus et caulinis inferioribus petiolatis et tunc,* Stellariae nemorum *valde ſimile, a quo tamen ſtylorum numero differt.*

SPERGULA.

Cal. 5-phyllus. *Petala* 5, integra. *Caps.* ovata, 1-locularis, 5-valvis.

720. *S. arvenſis.* foliis verticillatis, floribus decandris. *Lin. ſp. pl. W.* 2.. *p.* 818. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 125.

In agris et arvis arenoſis. Aeſtate. ⊙.

Caulis *ramofus divaricatus proftratus.* Folia *fubulata carnofa, verticillata.* Panicula *dichotoma.* Pedunculi *floriferi erecti, fructiferi penduli.* Petala *alba longitudine calycis.*

721. *S. pentandra.* foliis verticillatis, floribus pentandris. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 818. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

Iisdem in locis. Aprili. Majo. ⊙.

Omnibus in partibus antecedente minor ceterum fimillima. Caules *plerumque fimplices.* Panicula *pauciflora.* Flores *albi.*

Variat numero ftaminum 5 — 10.

722. *S. nodofa.* foliis oppofitis fubulatis laevibus, caulibus fimplicibus. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 819. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 125.

In pafcuis et pratis ubique. Julio. Augufto. ♃.

Caulis *nodofus.* Corolla *alba calyce longior.*

CLASSIS XI.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

a. apetali.

CERATOPHYLLUM.

(♂ — ♀.) ♂. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Stam.* duplo plura quam ſegmenta calycis.

♀. *Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Sem.* 1.

723. *C. demerſum.* foliis dichotomo bigeminis, fructibus triſpinoſis. *Lin. ſyſt. R* 4. *p.* 153. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 297.

In lacu Cladow, Krummen-See et Alten-Warthe. Junio. Julio. ♃.

Caulis *ramoſus.* Folia *verticillata dichotomo bigemina, laciniis dentato ſpinoſis.* Capſula *longe roſtrata, baſi ſaepius ſpinis deſtituta.*

Calycem *femineum* 8-*phyllum obſervavit Schkuhr. l. c.*

POPULUS.

(♂: ♀.) ♂. *Ament.* laxe imbricatum: ſquamis laceris. *Cor.* turbinata, obliqua, integra.

♀. *Ament.* et *Cor.* maris. *Stigma* 3-ad 6-fidum. *Caps.* 1-locularis, 2-ad 3-valvis. *Semina* pappoſa.

724. *P. alba.* foliis ſubrotundis dentato angulatis ſubtus tomentoſis. *Lin. ſyſt. R.* 4. *p.* 262. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Ad vias, in nemoribus et ambulacris. Aprili Majo. ♄.

Folia *viridia nitentia.*

725. *P. tremula.* foliis ſubrotundis dentato-angulatis,

utrinque glabris. *Lin. syst. R. 4. p. 262. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl Schk. t. 330. a.*

Iisdem in locis. Aprili. Majo. ♄.

Petioli *longi compressi basi* glandulis *binis instructi.*

726. *P. nigra.* foliis deltoidibus acuminatis serratis. *Lin. syst. R. 4. p. 263. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Iisdem in locis eodemque tempore. ♄.

Petioli *apice tantum compressi.* Folia *utrinque glabra.* Cortex *ramorum lutescens.*

b. tetrapetali.

A C T A E A.

Cor. 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* semiorbiculata.

727. *A. spicata.* racemo ovato, fructibus baccatis. *Lin. sp. pl. W. 2. p. 1159. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t. 498.*

In nemoribus montosis prope Loppow. Junio. ♃.

Folia *bipinnata, serrato-dentata, foliolum terminale trilobum.* Petala *rhombea, plana, membranacea, alba.* Bacca *nigra nitida.*

C H E L I D O N I U M,

Cor. 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua* 1-locularis, linearis.

728. *C. majus.* pedunculis umbellatis. *Lin. sp. pl. W. 3. p. 1141. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t. 140.*

In ruderatis, hortis, ad sepes et pagos. Aestate. ♃.

Folia *pinnatifida:* Foliola *obtuse lobata, terminalia plerumque triloba.* Flores *lutei.*

P A P A V E R,

Cor. 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Caps.* 1-locularis, sub stigmate persistente poribus dehiscens.

* *Capsulis hispidis.*

729. *P. Argemone.* capsulis clavatis hispidis, caul

foliofo multifloro. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 1144. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 867.

Inter fegetes. Junio. Julio. ☉.

Folia *tripartita pinnatifida.* Pedunculi *fcabri.* Flores *purpurei*, calycibus capfulif*que pilofis.*

*** Capfulis glabris.*

730. *P. Rhoeas.* capfulis glabris globofis, caule pilofo multifloro, foliis pinnatifidis incifis. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 1146. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Inter fegetes et agris arenofis. Aeftate. ☉.

Calyx *pilofus.* Flos *purpureus.* Caulis *pilofus pilis patentibus.*

731. *P. dubium.* capfulis oblongis glabris, caule multifloro fetis adpreffis, foliis pinnatifidis incifis. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 1146. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 140.

Iisdem in locis eodemque tempore. ☉.

Caulis *pilis patentibus*, pedunculi *vero pilis adpreffis veftiti.* Flores *purpurei.*

732. *P. fomniferum.* calycibus capfulisque glabris, foliis amplexicaulibus incifis. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 1147. *Roth. fl. germ.*

In cultis agris et ruderatis. Junio. Julio. ☉.

Folia *glauca. Color* Corollae *valde variat.*

PHILADELPHUS.

Cal. 4-*f.* 5-partitus, fuperus. *Petala* 4-*f.* 5. *Stylus* 4-fidus. *Caps.* 4-*f.* 5-locularis, polyfperma.

733. *P. coronarius.* foliis fubdentatis. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 947. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 131.

In fepibus vineae Schlüteri. Junio. Julio. ♄.

Folia *ovata oppofita, acuta, dentata, breviter petiolata.* Flores *albi.*

Flos *primarius* 5-*fidus* calyce, corolla piftillo *et* capfula. *Lin. Phil. bot.*

c. pentapetali.

PRUNUS.

Cal. **5-fidus, inferus.** ***Petala*** **5.** ***Drupae*** **nux ſuturis prominulis.**

734. *P. Padus.* floribus racemoſis, racemis pendulis, foliis deciduis, duplicato-ſerratis ſubrugoſis, petiolis biglandulofis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 984. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 205.

In nemoribus humidis prope Cladow. Majo. ♄.

Folia *inferne in venarum axillis ad coſtam barbata.* Flores *albi.* Drupa *magnitudine* Piſi.

735. *P. Ceraſus.* umbellis ſubpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 991. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In collibus et pometis. Aprili. Majo. ♄

Folia *ſerrato-dentata, petiolis eglanduloſis.* Rami *nutantes.* Flores *albi.* Drupa *nigra.*

736. *P. avium.* umbellis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis ſubtus pubeſcentibus conduplicatis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 991. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Iisdem in locis eodemque tempore. ♄.

Petioli *apice biglanduloſi.* Rami *ſtricti.* Flores *albi.*

Variat drupis *ſanguineo-rubris vel albido-rubellis.*

737. *P. ſemperflorens.* floribus racemoſis, calycibus ſerratis, foliis ovatis ſerratis baſi glanduloſis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 992.

In pomariis ad Jahnsfelde paſſim. Tota aeſtate florens. ♄.

Rami *nutantes.* Petioli *rarius baſi glanduloſi.* Flores *et* fructus *albi.*

738. *P. domeſtica.* pedunculis ſubſolitariis, foliis ovato-lanceolatis convolutis, ramis muticis. *Lin.*

ſp. pl. W. 2. p. 995. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.
In collibus et pomariis. Aprili. Majo. ♄.
Spontanea ramis paſſim ſpinoſis gaudet. Flores *albi.*

739. *P. inſititia.* pedunculis geminis, foliis ovatis ſubtus villoſis convolutis, ramis ſpineſcentibus. *Lin. ſp. pl. W. 2. p. 996. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*
In ſummitate vineae Schlüteri. Aprili. Majo. ♄.
Nobis fruticoſa et pedunculis *ſolitariis geminisque occurrit.* Flores *albi.* Drupa *magnitudine* Pruni avium.
Certe a ſequente hybrida enata.

740. *P. ſpinoſa.* pedunculis ſolitariis, foliis elliptico-lanceolatis, ſubtus pubeſcentibus, fructibus rectis, ramis ſpinoſis. *Lin. ſp. pl. W. 2. p. 997. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 132.
Ad ſepes, vias inque collibus ubique. Aprili. Majo. ♄.
Flores *albi.*

TILIA.

Cor. 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Caps.* coriacea globoſa, 4-*ſ.* 5-locularis, 4-*ſ.* 5-valvis, baſi dehiſcens.

741. *T. grandifolia.* foliis cordatis acuminatis ſerratis ſubhirſutis, fructu quadriloculari, ſtaminibus polyadelphis, ſtigmate connivente. *Hoffm. Deut. Fl. p.* 242. *Schk. t.* 141. *anatom.*
Tilia europaea. *Lin. ſp. pl. W. 2. p.* 1161. *Roth. fl. germ.*
In ſylvis, nemoribus, ad pagos et in urbe ipſa. Junio. ♄.
Folia *ſubtus in venarum axillis brunneo villoſa.* Fructus *piloſiuſculus interdum 5-locularis.* Flores *pallide lutei.*

742. *T. parvifolia.* foliis cordatis acuminatis inaequa-

liter ſerratis, fructu quinqueloculari, ſtaminibus liberis, ſtigmate patente. *Hoffm. Deut. Fl. p.* 242. *Schk. t.* 141.

Iisdem in locis frequentior. Julio. ♄.

Folia *quam in antecedente dimidio minora utrinque glabra.* Fructus *tomentoſi, minores.*

Variat ſtigmate 5-*vel* 6-*fido vel capituliformi inaequali. Schk. t. c.*

C I S T U S.

Cor. 5-petala. *Cal.* 5-phyllus: foliolis duobus minoribus. *Caps.* calyce obtecta.

743. *C. Helianthemum.* ſuffruticoſus procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1209. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 101.

In collibus ad Schützenſee, Zechow, Gralow inque Galgenberg. Junio. Julio. ♄.

Flores *lutei, racemoſi, ante antheſin nutantes.*

P O R T U L A C A

Cor. 5-petala. *Cal.* 2-fidus. *Caps.* 1-locularis, circumſciſſa.

544. *P. oleracea.* foliis cuneiformibus, floribus ſeſſilibus. *Lin. ſp. pl. W.* 2 *p.* 859. *Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ. Schk. t.* 130.

In ruderatis et inter olera paſſim. Junio. Augusto. ⊙.

Caules *decumbentes ramoſi.* Folia *ſeſſilia carnoſa.* Flores *lutei, hora* 11 *ad* 12 *meridianam aperti*

Piſtilla 5 *et* ſtamina 8 *ad* 15 *obſervavit Cel.* Roth. *fl. germ. R.* 2. *p.* 519.

d. hexa-et polypetali.

L Y T H R U M,

Cal. 12-dentatus. *Petala* 6, calyci inſerta. *Caps.* 2-locularis, polyſperma.

745. *L. Salicaria.* foliis oppoſitis cordato-lanceolatis,

floribus ſpicatis dodecandris. *Lin. ſp. pl. W. 2. p.* 865. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ Fl. dan. t.* 671.

In ſalicetis ad Warthae ripas, im Hopfenbruche et prope Schützenſee. Julio. Auguſto. ♃.

Caulis *anguloſus hirſutus.* Flores *verticillato-ſpicati, purpurei.*

Variat foliis *ternis quaterniſve.*

NYMPHAEA.

Cor. polypetala, *Cal.* 4-*ſ.* 5-phyllus. *Bacca* multilocularis, loculis polyſpermis.

746. *N. lutea.* foliis cordatis integerrimis, lobis approximatis, calyce pentaphyllo petalis longiore. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1151. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 603.

In lacu Cladow, Alten-Warthe et alibi in ſtagnantibus. Junio. Julio. ♃.

Flos *luteus.* Bacca *conica.*

747. *N. alba.* foliis cordatis integerrimis, lobis imbricatis rotundis, calyce tetraphyllo. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1152. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 142.

Iisdem in locis eodemque tempore. ♃.

Flos *albus.* Bacca *globoſa.*

DIGYNIA.

a. apetali.

MERCURIALIS.

(♂: ♀.) ♂. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 9 ad 12. *Antherae* globoſae didymae,
♀. *Cal.* et *Cor.* maris. *Styli* 2. *Caps.* dicocca, 2-locularis, 1-ſperma.

748. *M. perennis.* caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. *Lin. ſyſt. R.* 4. *p.* 265. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Bull. t.* 303.

In nemoribus prope Gennin et im Bürgerbruche. Majo. ♃.

Caulis *inferne nudus pubeſcens.* Folia *ovato-oblonga ſcabra, ſerrato-dentata, petiolata.* Flores *virideſcentes, mares in pedunculis longis, foeminae in ſpicis laxis, utrinque in axillis foliorum.*

CARPINUS.

(♂—♀.) ♂. *Cal.* 1-phyllus: ſquama ciliata. *Cor.* o.

♀. *Cal.* et *Cor.* maris, *Germina* 1 ſeu 2. *Styli* ſingulis 2. *Nuces* 2, calyce maxime ſexfido incluſae.

749. *C. Betulus.* ſquamis ſtrobilorum planis. *Lin. ſyſt. R.* 4. *p.* 168. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl Schk. t.* 304.

In ſylva Cladoviana. Aprili. Majo. ♄.

Folia *ovata, acuta, duplicato ſerrulata, glabra, margine piloſa, petiolata.*

In unico filamento 1, 2 *vel* 3 antherae *obſervantur.*

PINUS.

(♂—♀.) ♂. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stamina* plura in formam ovato cylindricam connata.

♀. *Strobilus*: ſquamis bifloris. *Cor.* o. *Piſtillum* 1. *Samara.*

750. *P. ſylveſtris.* foliis geminis: primordialibus glabris. *Lin. ſyſt. R.* 4. *p.* 172. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Sylvas undique conſtituit. Majo. ♄.

Flores *ad ramorum apices; maſculi ſtaminum cylindres plures, in formam* thyrſi *aggregati, foliis junioribus terminati*: Strobili *ovato-conici, ſquamis arcte adpreſſis coriaceo-ligneis.* Samara *lanceolata,* 1-*ſperma.*

b. monopetali.

POTERIUM.

(♂—♀.) ♂. *Cal.* ſub 4-phyllus. *Cor.* 4-partita. *Piſtilla* imperfecta.
♀. *Cal,* et *Cor.* maris. *Stigmata* penicilliformia. *Bacca* e tubo corollae indurato.

751. *P. Sanguiſorba.* inerme, caulibus ſubanguloſis. *Lin. ſyſt. R.* 4. *p.* 158. *Roth fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 300.
In vinea Schlüteri. Junio. Julio. ♃.
Folia *imparipinnata.* Foliola *rotunda dentata.* Flores *purpuraſcentes in* ſpicam *ovatam collecti, ſaepius hermaphroditi.* Capſula *ovata tetragona, 2-locularis, 1-ſperma.*

c. pentapetali.

AGRIMONIA.

Cal. 5-dentatus altero obvallatus. *Petala* 5. *Sem.* 2, in fundo calycis.

752. *A. Eupatoria.* fructibus hiſpidis, foliis caulinis pinnatis, foliolis oblongo-ovatis, ſpicis elevatis, petalis calyce duplo longioribus. *Lin. ſp. pl. W.* 2: *p.* 875. *Roth. fl. germ. Hoffm.. Deut. Fl. Schk. t.* 128.
In collibus prope Wallhkmühle et ad viam Zechow verſus. Julio. Auguſto. ♃.
Caulis *erectus, ſimplex, villoſus.* Folia *piloſa interrupte pinnata, foliola ſerrato-dentata, terminale petiolatum.* Flores *lutei pedunculati.*

CRATAEGUS.

Cal. 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera diſperma.

753. *C. Oxyacantha.* foliis obtuſis ſubtrifidis ſerratis glabris, floribus digynis, pedunculis calycibusque

ſubglabriuſculis calycinis ſegmentis lanceolatis acutis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1005. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Jacq auſtr. t.* 292. *f.* 2.

In dumetis prope Clodow et Schützenſee. Majo. Junio. ♄.

Rami *ſpinoſi.* Folia *apice tri-vel quinquefida, laciniis brevibus obtuſis ſerrato-dentatis glabris.* Flores *albi ſubumbellati.* Pedunculi *ſimplices.*

754. *C. monogyna.* foliis ſubquinquefidis, laciniis acutis ſerratis glabris; floribus monogynis, pedunculis ramoſis ſubpubeſcentibus. R.

C. monogyna. foliis acutis ſubtrifidis, ſerratis glabris, floribus monogynis, pedunculis calycibusque ſubpubeſcentibus, calycinis ſegmentis lanceolatis acuminatis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1006. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.* 1800. *Iacq. auſtr. t.* 292. *f.* 1.

In nemoribus prope Loppow et dumetis vineae Schlüteri nec non in via Zantoch verſus. Majo. Junio. ♄.

Folia *acute profunde diviſa et* flores *conſtanter monogyni,* pedunculi calyces*que plerumque pubeſcentes, denique laciniae calycinae acuminatae. Willd. l. c.*

Rami *ſpinoſi glabri.* Flores *ſubcymoſi, albi*

TRIGYNIA.

a. apetali.

FAGUS.

(♂—♀.) ♂. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* 0. *Stam.* 8—12.

♀. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Caps.* (*Calyx* immutatus) 4-valvis. *Sem.* 2—3.

755. *F. ſylvatica.* foliis ovatis obſolete ſerratis. *Lin. ſyſt. R.* 4. *p.* 167. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 303.

In ſylvis ubique. Aprili. Majo. ♄.

Folia *margine undulata, juniora margine piloſa, ſeniora ad coſtam mediam petiolumque.* Flores *in ramorum apicibus* Pedunculi *piloſi cum* bracteis 2 *ad* 4 *linearibus piloſis.* Flos maſculus *ſaepius cum rudimento ſtyli imperfecti.* Capſula *calycina ſub-lignoſa ſubſpinoſa: duae internae coriaceae triquetrae, acuminatae, apice denticulatae, ſuum utraque* germen *includens, cujus* ſtigma *perſiſtens exſertum, trifidum, reflexum, piloſum.*

b. tetra-ſeu pentapetali.

EUPHORBIA.

Cor. 4-*ſ.* 5-petala, calyci inſidens. *Cal.* 1-phyllus, ventricoſus. *Caps.* 3-cocca.

* *Umbella trifida.*

756. *E. Peplus.* umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. *Lin. ſp. pl. W.* 5. *p.* 903. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ Flor .dan. t.* 1100.

In cultis et inter olera ubique. Auguſto. ☉.

Petala *viridia, lunata.* Capſulae *glabrae, ſingulae lineis* 2 *elevatis longitudinalibus.*

757. *E. exigua.* umbella trifida: dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 903. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t* 592.

In agris Zechow verſus et collibus circum lacum Heinersdorffianum. Julio. Auguſto. ☉.

Folia *lineari acuta.* Petala *lunata lutea.* Fructus *laeves.*

Variat umbella 3-4-*et* 5-*fida.*

** *Umbella quadrifida.*

758. *E. Lathyris.* umbella quadrifida: dichotoma, foliis oppoſitis integerrimis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 906. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Bull. t.* 103.

Inter olera et in cultis. Augusto. ♂.

Folia *sessilia inferiora lanceolata acuta, superiora subcordata, latiora et breviora.* Petala *lutea lunata.* Capsulae *glabrae.*

*** *Umbella quinquefida.*

759. *E. helioscopia.* umbella quinquefida: bifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis glabris, capsulis laevibus. *Lin. sp. pl. W* 2. *p.* 914. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 129.

In vinea Schlüteri et ad viam Zechow versus. ⊙.

Umbellae *radii bis trifidi, dichotomi.* Involucra *foliis similia.* Petala *integra viridia.* Capsulae *laeves.*

**** *Umbella multifida.*

760. *E. Cyparissias.* umbella multifida: dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis, caulinis lanceolatis. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 920. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Bull. t.* 97.

In collibus, agrorum versuris nec non ad vias. Junio. Julio. ♃.

Flores *lutei petalis integris.* Capsulae *verrucosae.*

761. *E. palustris.* umbella multifida, subtrifida: bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis sterilibus. *Lin. sp. pl. W* 2. *p.* 922. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Bull. t.* 87.

In pratis des Hopfenbruchs et Wepritz versus. Majo. Junio. ♃.

Petala *lutea integra.* Fructus *verrucosus.*

SORBUS.

Cal. 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 3-sperma.

762. *S. aucuparia.* foliis pinnatis utrinque glabris. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 1008. *Roth fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 133.

Ad pagos, vias, in nemoribus ſylvisque. Majo. ♄.
Flores *albi cymoſi.* Baccae *rubrae.* Folia *imparipinnata foliola ovato-acuta, ſerrata ſubtus pubeſcentia.*

DELPHINIUM.

Cal. o. *Petala* 5. *Nectarium* bifidum, poſtice cornutum. *Siliqua* 1.

763. *D. Conſolida.* nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1226 *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 683.
Inter ſegetes. Junio. Auguſto. ⊙.
Folia *multifida capillacea.* Flores *coerulei.*

HYPERICUM.

Cal. 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Filamenta* multa, in 5 phalanges baſi connata. *Capſula.*

* *Calycibus integerrimis.*

764. *H. quadrangulare.* caule quadrangulo herbaceo, foliis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1459. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*
Im Hopfenbruche et ad Schützenſee. Julio. ♃.
Caulis *erectus membranaceo angulatus.* Folia *ovata obtuſa pellucido-punctata glabra, margine glandulis nigris inſtructa.* Corolla *lutea longitudine calycis.*

765. *H. dubium.* caule obſolete quadrangulo, foliis obtuſis epunctatis, foliolis calycinis ellipticis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1460. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*
Prope Schützenſee, inque collibus Zechow verſus. Julio. Auguſto. ♃.
Folia *ovata ſubtus ad marginem glandulis nigris notata.* Corolla *lutea calyce longior.*

766. *H. perforatum.* caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1460. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

Prope coemeterium Israelitarum inque collibus Zechow verſus. Junio uſque ad Septembrem. ♃.

Corolla *lutea.* Petala *margine unius lateris crenata glanduliſque nigris punctata, calyce longiora.* Caulis *ramoſus.*

767. *H. humifuſum.* floribus terminalibus ſubcymoſis, axillaribus ſolitariis, caulibus proſtratis ancipitibus herbaceis, foliis oblongis obtuſis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1461. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In agris prope Merzdorff et ſylvam ad Himmelſtaedt. Julio. Auguſto. ♃.

Folia *ovata pellucido-punctata margine glandulis purpureis inſtructa.* Calycis *foliola ovata, margine glandulis nigris punctata, ſaepius ſerrata.* Corolla *lutea longitudine calycis.*

Variat interdum caulibus *erectis.*

** *Calycibus et bracteis ſerrato-glanduloſis.*

768. *H. montanum.* floribus corymboſo-paniculatis terminalibus, calycibus (bracteisque) ſerrato-glanduloſis, foliis oblongis amplexicaulibus (inferioribus) impunctatis, margine nigro-maculatis, caule tereti erecto. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1463. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Flor. dan. t.* 175.

In collibus nemoroſis prope Zantoch et Gennin. Julio. Auguſto. ♃.

Folia *ovata ſubacuta glabra margine nigro glanduloſa, inferiora non punctata, ſuperiora vero pellucido-punctata ſubamplexicaulia.* Corolla *lutea.* Antherae *in omnibus, excepto* H. humifuſo, *glandula atra notatae.*

PENTAGYNIA.

MESPILUS.

Cal. 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 5-ſperma.

769. *M. germanica.* ſpinoſa, foliis lanceolatis, pubeſcenti-

ſcentibus, floribus ſubſeſſilibus, ſolitariis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 214.

M. germanica. inermis foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *Lin. ſp. pl. W* 2. *p.* 1010. *Hoffm. Deut. Fl.*

In vinea Schlüteri. Majo. ♃.

Planta ſpontanea ſemper ſpinis gaudet. Corolla *alba.*

PYRUS.

Cal. 5-fidus. *Petala* 5. *Pomum* inferum, 5-loculare, polyſpermum.

770. *P. communis.* foliis ovatis ſerratis, pedunculis corymboſis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1016. *Roth. fl. germ Hoffm. Deut. Fl.*

In ſepibus , nemoribus et ad pagos. Aprili. Majo. ♄.

Folia *utrinque glabra.* Corolla *alba.* Fructus *ſubturbinatus. Arbor ſpontanea ſpinoſa.*

771. *P. Malus.* umbellis ſeſſilibus, foliis ovato-oblongis acuminatis ſerratis glabris (ſubtomentoſis), unguibus petalorum calyce brevioribus, ſtylis glabris. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1017. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 134.

Iisdem in locis eodemque tempore. ♄.

Flores *albi purpuraſcentes.* Fructus *rotundus.* Rami *paſſim ſpinoſi.*

772. *P. Cydonia.* foliis integerrimis (ſubtus tomentoſis) floribus ſolitariis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1020. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Jacq. auſtr.* 342.

Inter ſepes vineae Schlüteri. Majo. ♄.

Flores *albi.* Fructus *rotundus, tomentoſus.*

SPIRAEA.

Cal. 5-fidus. *Petala* 5. *Caps.* polyſpermae.

* *Fruticoſae.*

773. *S. ſalicifolia.* foliis oblongis ſerratis glabris, ra-

cemis decompositis. *Lin. sp. pl. IV. 2. p. 1055. Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ.*
In sepibus ad Hammer et Himmelstaedt. Junio. Julio. ♄.
Flores *carnei interdum albi.*

** *Herbaceae.*

774. *S. Filipendula.* foliis pinnatis: foliolis uniformibus serratis, caule herbaceo, floribus corymbosis. *Lin. sp. pl. IV. 2. p.* 1061. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 635.
In collibus Zechow, Schützensee et Galgenberg versus. Junio. Julio. ♃.
Radix *nodosa.* Folia *interrupte pinnata.* Cal. 6-*fidus.* Cor. 6-*petala alba.* Germina 12.

775. *S. Ulmaria.* foliis pinnatis subtus tomentosis, impari majore trilobo, lateralibus indivisis, corymbis proliferis. *Lin. sp. pl. IV. 2. p.* 1061. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 547.
In pratis ad Himmelstaedt et Zechow versus. Julio. Augusto. ♃.
Foliola *serrato dentata.* Flores *albi.* Germina 7 *ad* 9.

AQUILEGIA.

Cal. 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, corniculata, inter petala. *Caps.* 5, distinctae.

776. *A. vulgaris.* nectariis incurvis. *Lin. sp. pl. IV. 2. p.* 1245. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 695.
In nemoribus, praecipue in vinea Schlüteri et im Hopfenbruche. Majo. Junio. ♃.
Folia *triplicata:* foliola *rotundata trifida obtuse dentata.* Flores *coerulei.*

NIGELLA.

Cal. 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, trifida, intra corollam. *Caps.* 5, convexae.

777. *N. damascena.* floribus involucro folioso cinctis.

Lin ſp. pl. W. 2. p. 1248. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

Inter ſegetes et in cultis. Junio. Julio. ⊙.

Caulis *erectus ſtriatus glaber.* Folia *pinnata*: foliola *multifida capillacea.* Involucrum *floris foliis ſimile.* Flos *cyaneus terminalis.* Capſula *globoſa,* ſtylis 5 *coronata.*

778. *N. arvenſis.* piſtillis quinis, petalis integris, capſulis turbinatis. *Lin. ſp. pl. W* 3. *p.* 1248. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 146.

In agris et arvis inter Lorenzdorff et Zechow et Loppow verſus. Julio. Auguſto. ⊙,

Caulis *ſupra terram divaricatus, ſtriatus, piloſus.* Folia *multifido-pinnata linearia.* Flores *cyanei, nudi, terminales.*

Variat Piſtillis 5 *et* 6.

HEXAGYNIA.

STRATIOTES.

(♂: ♀.) ♂. *Spatha* 2-phylla, 4-ſ. 6-flora. *Perianth.* trifidum. *Petala* 3, tubo perianthii impoſita. *Nectar.* 21 circiter in peripheria floris.

♀. *Spatha* 2-phylla, 1 flora. *Perianth.* et *Cor.* maris. *Styli* 6, bifidi. *Bacca* ovalis 6-gona, 6-locularis.

779. *S. Aloides.* foliis enſiformi-triangulis margine aculeatis. R.

Lin. ſyſt. R. 4. *p.* 623. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 335. *b. a.*

Aquis ſtagnantibus prope Walckmühle et Himmelſtaedt innatans. Junio. Julio. ♃.

Planta *acaulis.* Radix *fibroſa, ſarmentacea.* Folia *congeſta divergentia.* Spathae *in axillis foliorum.* Flores *albi.*

DODECAGYNIA.

SEMPERVIVUM.

Cal. 12-partitus. *Petala* 12. *Caps.* 12, polyſpermae.

780. *S. tectorum.* foliis ciliatis, propaginibus patulis, nectariis cuneiformibus, carunculatis. *Lin, ſp. pl. W.* 2. *p.* 932. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 601.
In muro et tectis urbis et pagorum. Julio. ♃.
Folia *imbricata, carnoſa, ovato acuta, margine ciliata.* Flores *purpuraſcentes.* Germina 24, *ſerie duplice poſita, exteriora ſterilia.*

POLYGYNIA.

a. tripetali.

SAGITTARIA.

(♂—♀.) ♂. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
♀. *Cal.* et *Cor.* maris. *Piſtilla* plurima. *Sem.* plurima nuda.

781. *S. ſagittiſolia.* foliis ſagittatis acutis. *Lin. ſyſt. R.* 4. *p.* 155. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 298.
In foſſis et ſtagnis prope Walckmühle et Hopfenbruch. Junio. Julio. ♃.
Folia *juniora graminea.* Scapus *ſimplex.* Flores *albi ſubtus rubentes, tres in quovis verticillo.*

b. tetra-ſ. pentapetali.

TORMENTILLA.

Cal. 8-fidus. *Petala* 4. *Sem.* ſubrotunda, nuda, *receptaculo* parvo exſucco affixa.

782. *T. erecta.* caule erectiuſculo, foliis ſeſſilibus. *Lin.*

ſp. pl. W. 2. *p.* 1112. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 136.

In paſcuis et nemoribus ubique. Julio. Auguſto. ♃.

Folia *radicalia petiolata ternata, foliolis ſubrotundis obtuſe dentatis; caulina alterna ſeſſilia, quinata, foliolis ovali-lanceolatis, dentatis vel inciſis, tribus intermediis majoribus, lateralibus ſtipularibus minoribus.* Flores *lutei.*

THALICTRUM.

Cal. o. *Petala* 4-ſ. 5. *Sem.* ecaudata.

783. *T. minus.* foliolis ſubrotundis trifidis inciſis, floribus cernuis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1297. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 151.

In collibus prope Wepritz, Zantoch verſus, inque pratis prope Cladow et Himmelſtadt. Julio. ♃.

Caulis *glaber ſtriatus, in humidis* 2 — 3-*pedalis.* Folia *tripinnata,* foliolis *ſubcordato-rotundis trifidis, in humidis latioribus quinquefidis.* Panicula *divaricata.* Flores *pallide vireſcentes nutantes.* Germina 4 — 6.

784. *T. flavum.* caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta. *Lin. ſp. pl. W.* 11. *p.* 1300. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 939.

Im Aufſtall, in den Radewieſen et ad Warthae ripas. Julio. Auguſto. ♃.

Folia *bipinnata:* foliola *cuneata rarius integerrima plerumque trifida vel triloba.* Flores *lutei, erecti, tetrapetali.*

c. pentapetali.

MALVA.

Cal. duplex: exterior triphyllus. *Caps.* plurimae, monoſpermae. (*Stamina* in cylindrum connata.)

785. *M. rotundifolia.* caule proſtrato, foliis cordato-orbiculatis, obſolete quinquelobis, pedunculis fruc-

tiferis declinatis. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 786. *Hoffm Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In ruderatis, viis, plateis, ad pagos et Warthae vallum. Aeſtate. ♃.

Flores *albi venis purpureis picti.* Calyces *tomentoſi.*

786. *M. ſylveſtris.* caule erecto herbaceo, foliis ſeptemlobatis acutis, pedunculis petiolisque piloſis. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 787. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In vinea Schlüteri, agrorum marginibus et ad viam Zechow verſus. Junio. Julio. ♂.

Calyces *reticulato rugoſi.* Flores *purpuraſcentes venis obſcurioribus.*

Variat interdum flore *albo.*

787. *M. Alcea.* caule erecto, foliis inferioribus angulatis, ſuperioribus quinquepartitis ſcabriuſculis, calycis exterioris foliolis oblongis obtuſis. *Lin. ſp. pl. IV. 3. p.* 790. *Hoffm. Deut Fl. Roth. fl. germ.*

Prope coemeterium Judaeorum, Heinersdorff, et in collibus Zechow verſus. Julio. Auguſto. ♃.

Caulis *ſcaber pilis faſciculatis ſtellato expanſis.* Flores *terminales ſubumbellati, albi vel albido-carnei.*

R O S A.

Petala 5. *Cal.* urceolatus, 5-fidus, carnoſus, collo coarctatus. *Sem.* plurima, hiſpida, calycis interiori lateri affixa.

* *Germinibus ſubgloboſis.*

788. *R. villoſa.* germinibus globoſis pedunculisque hiſpidis, caule aculeis ſparſis, petiolis aculeatis, foliis tomentoſis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1069. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

β *molliſſima* germinibus glabris.

In ſepibus vineae Schlüteri et Zechow verſus. Junio. ♄.

Caulis *laevis, aculeis ſub genicula* 2 *ſ.* 4 *approximatis.* Folia *pinnata:* foliolis *ovatis, obtuſis,*

ferrato - dentatis, utrinque tomentofis. Laciniae calycis *pinnatifidae* .Petala *rubra, emarginata.* Fructus *rubro-nigrefcens hifpidus.*

*** Germinibus ovatis.*

789. *R. rubiginofa.* germinibus ovatis pedunculisque hifpidis, petiolis cauleque aculeatis, aculeis recurvis, foliolis ovatis fubtus glandulofo - pilofis. *Lin. fp. pl IV.* 2. *p.* 1073. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 134.

In fepibus prope Schützenfee. Junio. ♄.

Foliolorum *ferraturae glandulofae.* Petioli, pedunculi *et* calyces *pilis glanduliferis vifcofis adfperfi.* Flores *pallide rubri, quam antecedentis minores.* Fructus *bafi hifpidus, maturus nigrefcens.*

790. *R. canina.* germinibus ovatis pedunculifque glabris, caule petiolisque aculeatis. *Lin. fp. pl. IV.* 2. *p.* 77. *Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ. Fl dan. t.* 555.

Inter fepes prope Lorenzdorff et Zechow verfus. Junio. ♄.

Foliola *glabra.* Flores *carneo - rubri. Laciniae* calycis *pinnatifidae villofae.* Fructus *ovatus, ruber.*

RUBUS.

Cal. 5. fidus. *Petala* 5. *Bacca* compofita acinis monofpermis.

** Frutefcentes.*

791. *R. Idaeus.* foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Lin. fp. pl. IV.* 2. *p.* 1081. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 788.

In nemoribus ad Himmelftadt. Majo. Junio. ♄.

Folia *fubtus albo tomentofa.* Flores *albi.* Fructus *rubri.*

792. *R. caefius.* foliis ternatis fubnudis; lateralibus bilobis, caule aculeato tereti. *Lin. fp. pl. IV.* 2. *p.* 1084. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 135.

In collibus inter dumeta. Junio. Julio. ♄.

Folia *fubtus non tomentofa, quamvis faepe pubef-*

centia. Caulis *inter ſtrigoſitatem adſperſus aculeis tenuiſſimis. Willd l. c.*

Flores *albi interdum rubeſcentes corymboſi.* Fructus *nigri, rore coeruleo obducti*

793. *R. fruticoſus.* foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *Lin. ſp. pl. W. 2. p.* 1084. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Flor. dan. t.* 1163.

In nemoribus et ſepibus Loppow et Gennin verſus. Junio. ♄.

Caulis *ſubangulatus, longiſſimus* Folia *vel utrinque viridia, vel ſubtus alba et tomentoſa. Willd. l. c.* Flores *corymboſi, albi.* Fructus *nigri, nitidi.*

** *Herbacei.*

794. *R. ſaxatilis.* foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1088. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 134.

In pratorum ſiccioribus umbroſis pone lacum ad Himmelſtaedt. Majo. ♃.

Flores *albi.* Fructus *rubri.*

FRAGARIA.

Cal. 10-fidus. *Petala* 5. *Recept.* ſeminum ovatum, baccatum, deciduum,

795. *F. veſca.* calyce fructus reflexo, pubeſcentia petiolorum patentiſſima, pedunculorum adpreſſa. *Lin ſp. pl. W.* 2. *p.* 1090. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl Schk. t.* 45.

In nemoribus et ſylvaticis ubique. Majo. ♃.

Folia *utrinque pubeſcentia, ſerratura terminalis proximis paulo longior. Ehrhart.* Flores *albi Planta ſarmentifera.*

POTENTILLA.

Cal. 10-fidus. *Petala* 5. *Sem.* ſubrotunda, nuda, receptaculo parvo exſucco affixa.

* *Foliis pinnatis.*

796 *P. Anſerina.* foliis interrupte pinnatis ſericeis, foliolis argute ſerratis, caule repente, peduncu-

lis unifloris. *Lin. ſp. pl. IV. 2. p.* 1095. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 544

In paſcuis prope Schantze et Rundungswall. Majo. Junio. ♃.

Flores *lutei.*

797. *P. ſupina.* foliis pinnatis, foliolis oblongis profunde dentatis, caule decumbente dichotomo, pedunculis axillaribus ſolitariis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1099. *Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ. Jacq. auſtr. t.* 406.

In inſulatorio ad Rundungswall et Schantze. Julio. Auguſto. ☉.

Pedunculi *floriferi erecti, fructiferi deflexi.* Flores *parvi, lutei.*

** *Foliis digitatis.*

798. *P. recta.* foliis ſeptenatis quinatisque, foliolis lanceolatis groſſe dentatis, petalis obcordatis calyce majoribus, caule erecto. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1099. *Hoffm. Deut. Fl. Roth fl. germ. Jacq. auſtr. t.* 383.

In collibus Zechow verſus et Schützenſee, inque pratis ad Himmelſtaedt. Junio. ♃.

Caulis *erectus villoſus, ſuperne diviſus.* Folia *utrinque piloſa, ſumma ternata.* Calyx *villoſus.* Flores *corymboſi ſulphurei.*

799 *P. argentea.* folis quinatis cuneiformibus inciſis ſubtus tomentoſis, caule erecto. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1101. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In ruderatis, agris et collibus ubique. Aeſtate. ♃.

Flores *lutei.*

800 *P. opaca.* foliis radicalibus ſeptenatis quinatisque lineari-cuneiformibus dentatis, petalis retuſis calycis longitudine, caulibus filiformibus decumbentibus hirtis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1103. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 865.

In collibus graminoſis prope Zantoch, inque ſylva Cladoviana. Aprili. Majo. ♃.

Caulis petiolique *purpuraſcentes pubeſcentes, pu-*

bescentia patentissima. Folia *utrinque pilosa, radicalia interdum novenata rarius quinata.* Petala *lutea, ungue plerumque brunneo.*

801. *P. verna.* foliis quinatis obovatis dentatis pubescentibus, petalis obcordatis calyce majoribus, caulibus declinatis. *Lin. sp. pl. W 2. p.* 1104. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*
In collibus ubique. Vere ad Autumnum. ♃.
Flores *lutei.*

802. *P. reptans.* foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. *Lin. sp. pl. W. 2. p.* 1108. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 136.
In aggeribus, viis et nemoribus. Junio. Julio. ♃.
Foliola *obverse lanceolata, obtusa, serrato-dentata, pilosiuscula.* Corolla *lutea.*

G E U M.

Cal. 10-fidus. *Petala* 5. *Sem.* arista geniculata.

803. *G. urbanum.* floribus erectis, aristis uncinatis nudis, foliis caulinis ternatis, radicalibus lyrato pinnatis. *Lin. sp. pl. W. 2. p.* 1113. *Roth. fl. germ Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 137.
In vinea Schlüteri et alibi in umbrosis. Junio. Julio, ♃.
Folia *summa simplicia dentata.* Stipulae *rotundatae lobatae dentatae.* Flores *lutei.*

804. *G. rivale.* floribus nutantibus, petalis longitudine calycis, aristis plumosis medio tortis. *Lin. sp. pl. W. 2, p.* 1115. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 722.
In pratis humidis praecipue Zechow versus. Majo. Junio. ♃.
Folia *inferiora interrupte pinnata, foliolum terminale trilobum, superiora triloba.* Stipulae *ovato-lanceolatae dentatae.* Flores *e luteo umbrini lineis purpureis picti.*

COMARUM.

Cal. 10-fidus. *Petala* 5, calyce minora. *Recept.* feminum ovatum, fpongiofum perfiftens.

905. *C. paluftre. Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 1119. *Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 138.

C. paluftre. foliis pinnatis, petalis calyce minoribus. *Roth. fl. germ.*

In turfofis uliginofis ad Schützenfee et Himmelftaedt. Julio. Augufto. ♃.

Caulis *bafi repens demum erectus purpurafcens, fuperne ramofus, pilofus.* Folia *inferiora pinnata:* foliola *lanceolato-elliptica, ferrata, fubtus incana; fumma fimplicia.* Stipulae *ovatae acutae integerrimae.* Pedunculi *axillares et terminales pilofi.* Flores *purpurei.*

RANUNCULUS.

Cal. 5-phyllus. *Petala* 5, intra ungues poro mellifero. *Sem.* nuda.

* *Foliis fimplicibus.*

806. *R. Flammula.* foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 1307. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 575.

α. foliis integerrimis.

β. foliis dentatis.

γ. caule ad geniculos radicante: floribus minoribus.

In pafcuis humidis locisque graminofis inundatis. Junio. Julio. ♃.

Caulis *faepius ramofus.* Flos *in hoc et fequentibus excepto R.* aquatili *et* fluviatili *luteus nitens.*

Var. γ. *eft* Ranunculus reptans *Auctorum nec Linnei.*

807. *R. Lingua.* foliis lanceolatis, caule erecto. *Lin. fp. pl. W.* 2. *p.* 1308. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 755.

In fossis et stagnantibus, v. g. im Hopfenbruche, ad Schützensee et Himmelstaedt. Junio. Julio. ♃
Caulis *erectus*, *ramosus*, *fistulosus*, *pubescens*. Folia *basi vaginantia*, *denticulata*, *subtus pubescentia*. Flores *omnium maximi*.

** *Foliis dissectis et divisis.*

808. *R. auricomus.* foliis radicalibus reniformibus crenatis incisis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 1314. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 665.
In pratis humidiusculis prope Schützensee, Walckmühle inque sylva ad Himmelstaedt. Aprili. Majo. ♃
Folia *radicalia subreniformia tripartita*, *laciniis incisis crenatis*; *caulina inferiora digitata*, *linearia dente uno alterove praedita*, *summa integerrima*. Flores *tempore frondescentiae apetali*, *florescentiae* 2 - 3 - *petali*, *grossificationis* 5 - *petali*: *Primarii* Staminibus 3 - 5 receptaculo *insertis gaudent*.

809. *R. sceleratus.* foliis inferioribus palmatis; summis digitatis, fructibus oblongis. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 1315. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 571.
In fossis paludibusque ad Himmelstaedt et Schützensee. Junio. Julio. ⊙
Folia *radicalia petiolata*, *caulina superiora sessilia*. Corolla *receptaculo oblongo multo brevior*.

810. *R. bulbosus.* calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto multifloro, foliis compositis. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 1324. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 551.
In collibus et agris ubique. Majo. Junio. ♃
Caudex intermedius *bulbosus*. Caulis *erectus angulosus villosus*. Folia *ternata*: foliola *trifida*, *inciso-dentata utrinque pilosa*. *Foliola* calycis *extus pilosa reflexa*.

811. *R. repens.* calycibus patulis, pedunculis sulcatis,

ſarmentis repentibus, foliis compoſitis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1325. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

Ad Warthae vallum, in cultis, pratis pomariisque. Majo. Julio. ♃

Caulis *decumbens.* Folia *radicalia pinnata*: foliola *bi-vel trifida, dentata; terminale ſemper trilobum, caulina ſimplicia trifida, ſumma lineari-lanceolata.*

812. *R. acris.* calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito multifidis: ſummis linearibus. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1326. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In hortis pratis et paſcuis. Majo. Junio. ♃

Caulis *praeprimis inferne, ut* petioli, *hirſutus.*

813. *R. arvenſis.* ſeminibus aculeatis, foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1329. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 219.

Inter ſegetes et in agris Zechow verſus et Heinersdorff. Junio. ⊙

Folia *tripartita, lobis in petiolum attenuatis bi-vel trifidis, acutis.* Semina 6-8 *compreſſa, muricata, apice in acumen producta.*

814. *R. aquatilis.* foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis peltatis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1332. *Hoffm. Deut. Fl.* 1800. *Schk. t.* 152.

Ranunculus heterophyllus. *Roth. fl. Hoffm. Deut. Fl.* 1791.

β. foliis omnibus capillaceis (Ranunc. *aquatilis. Roth. fl. germ. Hoffm. l. c.*

In foſſis et ſtagnantibus prope Rundungswall et Papiermühle. Majo. Junio. ♃.

Folia *emerſa reniformia, palmato-5-loba, lobis obtuſe dentatis.* Petala *alba calyce triplo longiora.*

815. *R. fluviatilis.* foliis omnibus dichotomo-capillaceis, caule natante. *Lin. ſp. pl. IV. p.* 1333.

Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t. 376.

In Wartha Zechow verſus Julio. ♃.

Caulis *longitudine* 2-*vel* 3-*pedali.* Foliorum *laciniae lineares anguſtiſſimae parallelae.* Flores *albi antecedentis ſimiles.*

C A L T H A.

Cal. 0. *Petala* 5. *Nectaria* 0. *Caps.* plures, polyſpermae.

816. *C. paluſtris.* caule erecto. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.*1338. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 668.

In pratis humidis ubique. Aprili. Majo. ♃

Caulis *decumbens demum erectus, ramoſus, glaber.* Folia *petiolata reniformia crenata lucida.* Flores *lutei.*

β. petala quinque vel plures.

F I C A R I A.

Cal. 3-phyllus. *Petala* 8-12; ungue nectarifero. *Semina* plura, nuda.

817. *F. Ranunculoides,* radice tuberosa, foliis cordatis, angulatis, petiolatis, caule unifloro. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 241.

Ranunculus Ficaria. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1312. *Hoffm. Deut. Fl. Flor. dan. t.* 499.

In humidis vineae Schlüteri, Hopfenbruch, Triest's Vorwerck alibique. Aprili. Majo. ♃

Caulis *decumbens glaber.* Flores *lutei.*

A D O N I S.

Cal. 4-phyllus. *Petala* 5-vel plura absque nectario. *Sem.* plurima, angulata, corticata.

818. *A. aeſtivalis.* floribus pentapetalis, fructibus ovatis. *Lin. ſp. pl. W.* 2. *p.* 1303. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

Inter ſegetes. Aeſtate. ⊙

Folia *bipinnato-multifida, laciniis aequalibus.* Petala 5 *vel* 8 *rubra, unguibus atropurpureis.*

819. *A. autumnalis.* floribus octopetalis, fructibus ſubcylindricis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1303. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.* 1800. *Jacq. auſtr. t.* 354.

Inter ſegetes. Julio. ⊙

Similis praecedenti ſed differt: ramis *plerumque ſterilibus*, floribus 8-*petalis et* fructu *ſubcylindrico.*

A N E M O N E.

Cal. o. *Petala* 5-9. *Sem.* plura.

* *Hepaticae flore ſubcalyculato.*

820. *A. Hepatica.* foliis trilobis integerrimus. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1272. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 610.

In nemoribus montoſis prope Loppow, Gennin, in ſylva Cladoviana et Burgenbruch. Aprili. Majo. ♃

Folia *cordato triloba, ſubtus villoſa, petiolata.* Flores *cyanei, e radice ante folia progredientes.* Corollae involucrum *triphyllum, petalis non annexum, poſt floreſcentiam magis remotum.* Semina *ecaudata.*

* * *Pulſatillae pedunculo involucrato, ſeminibus caudatis.*

821. *A. vernalis.* pedunculo involucrato, foliis pinnatis, foliolis tripartitis obtuſis glabriuſculis, flore erecto. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1273. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 29.

In ſylva ad Cladow et Altensorge. Aprili. Majo. ♃

Pedunculus *villoſus.* Flos *ſubnutans, intus albidus, extus purpuraſcens villoſus.*

822. *A. Pulſatilla.* pedunculo involucrato: petalis rectis, foliis bipinnatis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1274. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 153.

In campis ſylvam verſus ad Himmelstädt rarius. Majo. ♃

Sequenti ſimilis; ab ea tamen differt: caule *minore villoſo*; flore *purpureo violaceo majore*, petalis *ovali lanceolatis acutis, rectis, extus villoſis.*

823. *A. pratenſis.* pedunculo involucrato, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1274. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Schk. t.* 150.

In ſylva ad Cladow et prope Altensorge. Aprili. Majo. ♃

Flos *antecedenti ad dimidium minor purpureo-nigricans*; petala *in apice reflexa extus villoſiſſima, ante antheſin conniventes.* Caulis *ultra pedalis.*

* * * *Anemonoides caule folioſo, ſeminibus ecaudatis.*

824. *A. ſylveſtris.* caule unifloro folioſo, foliis tripartitis, laciniis trifidis dentatis, ſeminibus ſubrotundis lanatis, ſtigmate perſiſtenti. *Lin. ſp. pl* W. 2. *p.* 1278. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. germ. Bull. t.* 59.

In Judaeorum coemeterio et collibus prope Schützenſee. Junio. Julio. ♃

Caulis *et* petioli *villoſi.* Folia *ſubtus pubeſcentia, radicalia* 5-*partita in orbem diſpoſita, caulina terna* 3-*partita* Flos 5-*petalus, albus.*

In Lin. ſp. pl. ed. Willd. *errore typographico loco: caule unifloro, caule bifloro eſt impreſſum.*

825. *A. nemoroſa.* caule unifloro, foliis caulinis ternis ternatis, foliolis lanceolatis trifido-dentatis, corolla hexapetala. *Lin. ſp. pl. IV.* 2. *p.* 1281. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Flor. dan. t.* 549.

In ſylva ad Himmelſtaedt, inque Bürgerbruch. Aprili. Majo. ♃

Flos *albus extus rubicundus, interdum dilute violaceo-purpuraſcens.*

Radix *horizontalis.*

826. *A.*

826. *A. ranunculoides.* caule subbifloro, foliis caulinis ternis ternatis, foliolis subtrifidis apice dentatis, petalis oblongis obtusis patentibus. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 1282. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 140.

Iisdem in locis eodemque tempore. ♃.

Radix *horizontalis.* Flos *luteus pentapetalus.*

Variat foliolis *caulinis lanceolatis rarius dentatis et caule* 1, 2-*seu* 3-*floro.*

T R O L L I U S.

Cal. o. *Petala* circiter 14. *Caps.* plurimae, ovatae, polyspermae.

827. *T. europaeus.* corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. *Lin. sp. pl. W.* 2. *p.* 1333. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Schk. t.* 153.

In pratorum siccioribus nemorosis pone lacum ad Himmelstaedt. Junio. ♃.

Caulis *erectus rarius ramosus teres.* Folia *radicalia petiolata, caulina alterna subsessilia,* 5-*partita, laciniis* 3-*fidis, inciso-dentatis, glabris.* Flos *terminalis, luteus.*

SECTIO II.

CRYPTOGAMIA.

CLASSIS I.

STACHYOPTERIDES.

EQUISETUM.

Capſulae in ſpicam digeſtae, peltatae, angulatae, baſi dehiſcentes, 4- ad 7-loculares. *Semina* numeroſa filamentis 4 perſiſtentibus involuta; *anthera* ſpathulata pulverulenta terminatis.

828. *E. hyemale.* caule nudo, ſcabro, ſimplici, vaginis truncatis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 10. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl.*

In uliginoſis ſylvae Cladovianae. Majo. Auguſto. ♃.
Caules *ex uno radice plures, ſimplices*

829. *E. fluviatile.* caule aequali ſubramoſo, ſtriato, ramis ſimplicibus quinqueſulcatis. (E. limoſum.) *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 9. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl.*

Ad foſſas inque pratis Zechow et Radewieſen verſus. Majo. Junio. ♃.

830. *E. paluſtre.* caule anguloſo, ramoſo, glabro: ramis ſimplicibus erecto-patentibus, quadriſulcatis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 7. *Lin ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Balt. fil.* 36.

β. polyſtachium. ramis ſpiciferis.
In pratis ubique. Majo. Julio. ♃.
Spicae *in var. β. caulina multo minores.*

831. *E. arvenſe.* ſcapo fructificante nudo: fronde ſterili ſulcata, angulata, verticillato-ramoſa: vaginarum dentibus lanceolatis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 5. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Bolt. fil.* 34.

In agris et arvis. Martio. Aprili. ♃.
Frons *ſterilis plerumque procumbens.*

832. *E. ſylvaticum.* ſcapo fructificante nudo demum elongato in frondem ſupradecompoſitam, vaginis aridis paleaceis inordinate fiſſis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 3. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Bolt. fil.* 32-33.

In nemoribus Gennin verſus, prope Zantoch inque ſylva Cladoviana. Aprili. Majo. ♃.

Scapus *eſurgens erectus, nudus, ſpiciferus, demum romoſiſſimus, ramis ramulisque et* ſpica *nutantibus.*

LYCOPODIUM.

Capſulae reniformes, axillares, ſeſſiles, bivalves, elaſtice dehiſcentes. *Semina* numeroſisſima minutisſima.

* *Capſulae in foliorum axillis.*

833. *L. Selago.* foliis ſparsis octofariis ſubimbricatis lanceolato-ſubulatis ſubconcavis, caule dichotomo erecto faſtigiato. *Swartz. gen. et ſpec. Fil. in Schrad. Journ. t.* 2. *p.* 114. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 100.

In ſubhumidis ſylvae Cladovianae. Julio-Septembri.

* * *Capſulae in ſquamarum axillis ſpicarum terminalium.*

834. *L. annotinum.* foliis ſparſis quinquefariis patulis ſubſerratis, ſurculis annotino-articulatis, ſpicis teretibus ſeſſilibus. *Swartz. l. c. p.* 115. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 27.

Eodem in loco et tempore.

835. *L. clavatum.* foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis *Lin. ſyſt. veg. p.* 942. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Flor. dan. t.* 126.

In nemoribus prope Gennin, in horto anglico ad Himmelstaedt et in ſylva Cladoviana. Julio. Auguſto.

CLASSIS II.

F I L I C E S.

* *exannulatae.*

OPHIOGLOSSUM.

Capſulae ſubgloboſae, concatenato-ſpicatae, connatae, uniloculares, transverſe dehiſcentes. *Semina* ſubrotunda pulverulenta.

836. *O. vulgatum.* ſpica cauli inſidente, fronde ovata obtuſa. *Willd. Abh. ü. Farrenkr. Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. fl. Roth. fl. germ. Fl. dan. t.* 147.

In den Radewieſen. Majo. Junio.

Variat ſpicis *geminis.*

* * *annulatae.*

P T E R I S.

Sori lineares continui marginales (in averſa pagina frondis); *induſium* marginale, interius dehiſcens.

837. *P. aquilina.* frondibus ſupra decompoſitis: foliolis pinnatis; pinnis lanceolatis infimis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus. *Lin. ſyſt. veg. p.* 931. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Bolt. fil. t.* 10.

In collibus et nemoribus ad Heinersdorff, Gennin et Cladow. Julio. Auguſto.

Autumno et vere in pagina frondis inferiore lineae atrae obſervantur, quas ſub Sphaeria Pteridis *deſcripſi.* Lüders *in nomencl. fl. March. p.* 76. *ex his frondibus Sphaeria occupatis proprium genus* Cincinnalis *nominatum conſtituit: Alii vero hujusmodi frondes habuerunt pro monſtroſis.*

POLYPODIUM.

Sori ſubrotundi (in averſa pagina frondis) diſtributi, absque induſio.

* *fronde pinnatifida.*

838. *P. vulgare.* laciniis lineari oblongis obtuſis ſubſerratis, radice ſquamata. *Swartz gen. et ſpec. Filic. in Schrad. Journ. t. 2. p. 24. Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Fl dan. t.* 1060.

In collibus Mertzdorff et Heinersdorff verſus. Vere et Autumno.

Polypodium cambricum, *ſecundum obſervationem Cel.* Smithii, *hujus ſpeciei* frons *monſtroſa.*

** *fronde ſupradecompoſita.*

839. *P. Dryopteris.* foliolis ternis bipinnatis. *Swartz. l. c. p.* 29. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Bolt. fil.* 28. *Roth. fl. germ.* 1.

Polyſtichum Dryopteris. *Roth. fl. germ.* 3.

In collibus nemoroſis prope Gennin et ſylva Cladoviana. Junio - Septembri.

Cel. Rothius *in hac ſpecie* induſium *peltatum flaveſcens vidit, quod vero obſervare mihi non contigit.*

ASPIDIUM.

Sori ſubrotundi, indusiis umbilicatis ſeu dimidiatis tecti, (in averſa frondis pagina distributi.

* *Induſia dimidiata reniformia.*

840. *A. criſtatum.* pinnis ſubpinnatis cordato-oblongis, pinnulis ovatis obtuſis inciſis denticulato-ſerrulatis, fronde lanceolato-ovata, ſtipite paleaceo. *Swartz. gen. et ſpec. Filic. in Schrad. Journ.* 2. *p.* 37.

Polypodium criſtatum. *Lin. ſyſt. veg.*

Polyſtichum criſtatum. *Roth. fl. germ.* 3.

Polypodium Callipteris. *Hoffm. Deut. Fl.*
In nemoribus prope Gennin. Julio Augufto.

841. *A. fpinulofum.* pinnis pinnatifidis bipinnatisve, laciniis oblongis acutis mucronato-ferratis, fronde ovato-triangulari, ftipite paleaceo. *Swartz. l. c. p.* 38.
Polypodium criftatum et dilatatum. *Hoffm. Deut. Fl. Icon. Flor. dan. t.* 707. *non adaequat.*
Polyftichum multiflorum et fpinofum. *Roth. fl. germ.* 3.
In fylvis et nemoribus ubique. Majo. Octobri.
Si conjunguntur folia *et* pinnae; ftipes *eft dilalatatus, alternis vero pofitis, dilatatio minus obfervatur.*

Variat foris *craffis et minoribus.*

842. *A. Filix mas.* pinnis pinnatis, pinnulis oblongis obtufis crenatis apice ferratis, ftipite paleaceo. *Swartz. l. c. p.* 38.
Polypodium Filix mas. *Lin. fyft. veg. Roth. fl. germ.* 1.
Polyftichum Filix mas. *Roth. fl. germ.* 3.
In nemoribus ad Wepritz, Zantoch, Himmelstaedt et alibi. Majo. Octobri.
Altitudine tripedali et ultra provenit.

* * *indufia lateralia.*

843. *A. Thelypteris.* pinnis fubpinnatis, pinnulis bafi coadunatis ovatis obtufis integris, foris confluentibus. *Swartz. l. c. p.* 40.
Polypodium Thelypteris. *Lin. fyft. veg. Hoffm. Deut. Fl. Schmidel t.* 11. 13.
Polyftichum Thelypteris. *Roth. fl. germ.* 3.
In nemoribus humidis ad Zantoch, Himmelstaedt et Schützenfee. Junio. Octobri.
Pinnulae *fteriles lanceolatae fubacuminatae, fructiferae fubtus margine reflexae triangulares.*

844. *A. Filix femina.* pinnis pinnatifidis, pinnulisque lanceolatis, lacinulis acutis apice bidentatis. *Swartz. l. c. p.* 41.

Polypodium Filix femina. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Bolt. Fil.* 25.

Arthyrium Filix femina. *Roth. fl. germ.* 3.

β. dentatum. ſoris craſſis biſerialibus. (Polypodium dentatum. *Hoffm. Deut. Fl.*

γ. molle. pinnulis obtuſiuſculis apice crenulatis. (Polypodium molle. *Hoffm. Deut. Fl.*)

Arthyrium molle. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 61.

In nemoribus ad Wepritz, Zantoch et in ſylva ad Himmelstaedt. Majo. Octobri.

Var. β. *a* Filice femina ſoris *craſſioribus et var.* γ. *ſtatura minore pinnulisque brevioribus apice obtuſis crenulatis tantum differt.*

CLASSIS IV.

M U S C I.

a. Musci: *theca operculata, calyptrata.*

* *Perifstomate nullo.*

P H A S C U M.

(♂—♀) *Theca* ovata, fubfesfilis, undique claufa decidua, interdum cum rudimento operculi.

(Masc. fl. *fubdifciformis terminalis vel gemmiformis axillaris.*)

845. *P. cuspidatum.* caulefcens, foliis ovatis cufpidatis patulis: terminalibus erectis conniventibus. *Schreb. Phasc. t. 1. f. 2. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In vinea Schlüteri prope horreum. Februario. Aprili.

846. *P. muticum.* acaule, foliis ovatis muticis concavis conniventibus. *Schreb. Phasc. t. 1. f. 11—12. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In agris prope Hopfenbruch et in vinea Scheibleri. Februario. Aprili.

* * *Perifstomate edentulo.*

G Y M N O S T O M U M.

Theca ovata nuda vel bafi orbiculo cincta: periftoma edentulum.

* *Gymnoftoma.* Hedw.

(♂: ♀. Masc. fl. *difciformis.*)

847. *G. ovatum.* foliis ovatis concavis piliferis; thecis ovatis. *Hedw. Musc. 1. t. 6. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

In furnis rufticorum lutofis ad Wepritz, in agris et tumulis coemeterii templi Concordiae. Vere.

Folia *apice canefcentia.*

848. *G. truncatulum.* foliis explanatis apiculatis; thecis truncatis. *Hedw. Musc.* 1. *t.* 5. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl.*

Bryum truncatulum. *Lin. ſyſt. veg.*

Ad foſſas in hortis et alibi. Hieme et Vere.

849. *G. pyriforme.* foliis explanatis oblongis acutis patentibus; thecis pyriformibus. *Willd. prodr. Ber. n.* 896. *Roth fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 44. *f.* 6.

In foſſis exſiccatis et hortis. Februario. Aprili.

Theca *obovata.*

** *Sphagna.* Lin.

(♂—♀). Masc. fl. *clavaeformis.*)

850. *G. obtuſifolium.* ramis deflexis, foliis ſemiamplexicaulibus, ovatis, concavis, obtuſis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 118. *Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 32. *f.* 1.

Sphagnum paluſtre. *Lin. ſyſt. veg. Roth. fl. germ.* 1. *var. α.*

In paludoſis ad Himmelstaedt et Cladow. Junio. Auguſto.

Folia *interdum pupuraſcentia.*

851. *G. intermedium.* ramis deflexis, foliis ovatis, oblongis, concavis, acutis. *Hoffm. Deut. Fl.* 2. *p.* 22.

Sphagnum paluſtre β. *Roth fl. germ. Dill. musc. t.* 32. *f.* 2. *A.*

β. compactum.

In uliginoſis ſylvae Cladovianae. Aeſtate.

Surculus *quam in antecedente longior, rami copioſiores, tenuiores, apicem verſus attenuati.* Folia *ovato-lanceolata acuta.*

Var. β. *in locis exſiccatis provenit, et* caulibus *brevioribus, ramis denſiſſime obſeſſis,* foliis*que magis adpreſſis facile diſtinguitur.*

*** *Peristomate figurato ordine simplici.*

TETRAPHIS.

Theca oblonga. *Peristoma* simplex: dentibus 4 pyramidalibus.

(♂: ♀.) Masc. fl. *disciformis terminalis.*)

852. *T. pellucida. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Hedw. fund.* 2. *t.* 7. *f.* 32.
Mnium pellucidum. *Lin. syst. veg.*
In umbrosis humidis pone hortum anglicum ad Himmelstaedt. Februario. Martio.
Surculi *simplices erecti, superne foliosi.* Folia *ovato-lanceolata, plana, pellucida, nervo dorsali praedita, trifariam disposita.*

GRIMMIA.

Theca ovata vel oblonga. *Peristoma* simplex, dentibus 16 integris.

(♂—♀.) Masc. fl. *gemmiformis axillaris aut capituliformis terminalis.*)

853. *G. anomala.* surculo ramoso, foliis lanceolato-carinatis patulis: thecis pedunculatis oblongis striatis. *Hedw. Musc.* 2. *t.* 37.
Orthotrichum anomalum. *Hoffm. Deut. Fl.*
Ad arborum truncos. Martio. Aprili.

854. *G. Dicksoni.* surculo ramoso, foliis linearibus carinatis siccitate subcrispis: thecis erectis ovato-cylindraceis.
Bryum Dicksoni. *Hoffm. Deut. Fl.* 2. *p.* 32. *Dicks. fasc.* 3. 4. *t.* 7. *f.* 7.
Weissia Dicksoni. *Willd. prodr.*
Ad arborum truncos emortuos. Hieme.

855. *G. extinctoria.* foliis spathulato-lanceolatis, setae vaginula pileiformi: thecis cylindricis, calyptra laxa, conica, margine integra. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 151. (*sub Encalypta vulgaris.*)

Leersia vulgaris. *Roth. germ.* 1. *Hedw. Musc.* 1. *t.* 17.

Encalypta vulgaris. *Hoffm. Deut. Fl.*

Bryum extinctorium. *Lin. syst. veg.*

In nemoribus prope Wepritz, ad viam Merzdorff versus, inque vinea Schlüteri. Aprili. Majo.

DICRANUM.

Theca ovato-oblonga. *Peristoma* simplex; dentibus 16 latiusculis, bifidis.

* *Dicrana.* Hedw.

(♂: ♀.) Masc. fl. *capituliformis terminalis.*)

856. *D. purpureum.* surculo ramoso, foliis lanceolatis acutis carinatis: thecis obliquis siccitate striatis, operculo conico.

D. purpureum. *Willd. prodr. Roth. fl. germ.* 1. *et* 3.

Bryum purpureum. *Hoffm. Deut. Fl.*

Mnium purpureum. *Lin. syst. veg. Dill. Musc. t.* 49. *f.* 51.

In sterilibus arenosis, muris, tectis sylvisque. Vere.

Seta *axillaris et ex innovationum dichotomia.*

857. *D. varium.* surculo simplici innovationibus ramoso, medio setifero, foliis subulatis: thecis ovatis cernuis, operculis conicis obtusis. *Hedw. Musc.* 2. *t.* 34.

Bryum simplex. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.*

In fodinis argillaceis prope Schützensee. Vere et Autumno.

858. *D glaucum.* surculo erecto ramoso, foliis erectiusculis imbricatis concavis acutis: thecis oblongis cernuis, operculis acuminatis recurvis.

D. glaucum. *Willd. prodr. Roth. fl. germ.*

Bryum glaucum. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 46. *f.* 20.
In ericetis sylvae Cladovianae. Vere.

859. *D. heteromallum.* surculo subsimplici, foliis setaceis recurvis secundis: thecis ovatis obliquis, operculis acuminatis recurvis. *Willd. prodr. n.* 925. *Hedw. Musc.* 1. *t.* 26.
Bryum heteromallum. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl.*
Ad fossarum latera sylvae Cladoviana. Vere. Autumno.

860. *D. flagellare.* surculo ramoso flexuoso; foliis canaliculato-subulatis secundis: thecis erectis cylindraceis, operculi rostro longo incurvo.
Dicranum flagellare. *Roth. fl. germ.* 3. *Hedwig. Musc.* 3. *p.* 1. *t.* 5.
Bryum flagellare. *Hoffm. Deut. Fl.*
In sylva Cladoviana ad truncos arborum dejectos. Autumno.

861. *D. scoparium.* surculo ramoso foliis lanceolatis carinatis recurvis secundis: thecis oblongo-cylindraceis demum cernuis, operculo conico acuminato.
D. scoparium. *Willd. prodr. n.* 924. *Roth. fl. germ.*
Bryum scoparium. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 46 *f.* 16.
In nemoribus et sylva Cladoviana ad arborum radices. Vere.
Folia *basi concava apicem versus per lentem serrulata.*
Variat foliis *longioribus et brevioribus.*

862. *D. undulatum.* surculo ramoso, foliis lanceolatis confertis rugoso-undulatis, apice serratis, subsecundis: thecis oblongis cernuis, operculo rostrato.
Dicranum undulatum. *Ehr. plant. crypt. exsicc.*
Bryum rugosum. *Hoffm. Deut Fl.*
In uliginosis sylvae Cladovianae. Vere.

Surculus *tomento denso ferrugineo obductus.*
Folia *quam antecedentis latiora, lanceolata, patula, apice argute serrata rugoso-undulata. Hoffm. l. c.*

** *Fissidentes* Hedw.

(♂—♀.) *Masc. fl.* gemmiformis axillaris.)

863. *D. bryoides.* fronde simplici pinnata, apice setifera, pinnis oblongis acutis: thecis oblongis, operculis acutis.
Fissidens bryoides. *Willd. prodr. n.* 950. *Roth. fl. germ. Hedw. Musc.* 3. *t.* 29.
Hypnum bryoides. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl.*
In umbrosis vineae Schlüteri et horto anglico ad Himmelstaedt. Vere et Hyeme.

864. *D. pulvinatum.* surculo ramoso, foliis oblongis piliferis: thecis ovato-subrotundis nutantibus, calyptra minuta.
Fissidens pulvinatus. *Timm. fl. Megap.*
Leersia pulvinata. *Willd prodr. Roth. fl. germ.* 1.
Bryum pulvinatum. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 50. *f.* 65
Dicranum pulvinatum. *Roth. germ.* 3.
In tectis murisque. Vere et autumno.
In statu disseminato *thecae* erectae *peristomate* nudo, et *setae* tortiles inveniuntur.

865. *D. sciuroides.* surculis repentibus; ramis erectis subramosis incurvatis, foliis ovato-acuminatis striatis, subsecundis: thecis oblongis, operculo conico.
Dicranum sciuroides. *Roth. fl. germ.*
Hypnum sciuroides. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.* 1. *Dill. Musc. t.* 39. *f.* 40.
In pomariis sylvisque ad truncos. Vere.

TRICHOSTOMUM.

Theca oblonga. *Peristoma* simplex: dentibus 16 ad basin usque bipartitis filiformibus longis.

(♂—♀.) *Flos, masc.* gemmiformis axillaris.)

866. *T. canescens.* surculo erecto; ramis sparsis, foliis

liis lanceolatis enerviis, in apicem canum argute denticulatum productis flavefcenti viridulis: thecis oblongis, operculo longo aciforme.

T. canefcens. *Hedw. Mufc.* 3. *t.* 3. *Roth. fl. germ.* 3.

Bryum canefcens. *Hoffm. Deut. Fl.*

Bryum hypnoides ♄. *Lin. fyft.*

In fterilibus arenofis prope Kalck-Factorey. Vere.

867. *T. lanuginofum.* furculo procumbente, ramis lateralibus alternis fertilibus, foliis lineari lanceolatis in apicem canum longum erofo-denticulatum productis, thecis ovatis.

T. lanuginofum. *Roth. fl. germ.* 3. *Hedw. Mufc.* 3. *t.* 2.

Bryum lanuginofum. *Lin. fyft. veg. Hoffm. Deut. Fl.*

Sub Salicibus prope Kalck-Factorey. Vere et Autumno.

BARBULA.

Theca oblonga. *Periftoma* fimplex: dentibus capillaribus fpiraliter convolutis.

* *Tortulae* Hedw.

(♂ — ♀.) *Flos mafc.* gemmiformis.)

868. *B. fubulata.* furculo breviffimo fimplici; foliis lanceolato-concavis acutis: thecis cylindraceis, operculo conico acuto.

Tortula fubulata. *Willd. prodr. n.* 928. *Roth. fl. germ.* 1. 3.

Bryum fubulatum. *Lin. fyft. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Mufc. t.* 45. *f.* 10.

In umbrofis humidiufculis horti anglici ad Himmelftaedt. Vere.

Variat foliis *acuminatis.*

** *Barbulae* Hedw.

(♂ — ♀.) *Flos mafc.* capituliformis.

869. *B. muralis.* furculo breviffimo fubdivifo, foliis

ovatis, acutis, apice piliferis: thecis oblongis, operculis conicis acutis.

Tortula muralis. *Willd. prodr. n.* 927. *Roth. fl. germ.*

Bryum murale. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 95. *f.* 14.

In muris tectisque. Vere.

970. *B. unguiculata* ſurculo erecto ſubramoſo, foliis lineari lanceolatis, carinatis, mucronatis, ſiccitate contortis: thecis ſubcylindricis, operculo conico acuto.

Barbula unguiculata. *Hedw. Muſc.* 1. *t.* 25. *Willd. prodr. n.* 930.

Tortula unguiculata. *Roth. germ.* 3.

Bryum unguiculatum. *Lin. ſyſt. veg.*

Byum mucronulatum. *Hoffm. Deut. Fl.*

In furnis lutoſis ad Wepritz, in muris coemeteriisque. Hieme et Vere.

E. longinquo Dicrano purpureo *ſimilis.* Folia *humida patula.*

Semel thecas *duas in una* ſeta *obſervavi.*

871. *B. fallax.* ſurculo erecto innovationibus ramoſo, foliis e lata baſi lanceolatis carinatis recurvato-patulis, in ſiccitate convolutis: thecis oblongis, operculis oblique roſtratis.

Barbula fallax. *Hedw. Muſc.* 1. *t.* 24.

Tortula fallax. *Roth. fl. germ.* 3.

Bryum fallax. *Hoffm. Deut. Fl.*

In via Merzdorff verſus. Vere et Autumno.

872. *B. ruralis.* ſurculo erecto ramoſo, foliis recurvis apice piliferis: thecis cylindricis, operculis conicis acutis. *Willd. prodr. n.* 929. *Roth. fl. germ.* 1.

Tortula ruralis. *Roth. fl. germ.* 3.

Bryum rurale. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 45. *f.* 12.

In tectis ſtramineis, muris et agris. Vere.

**** Periſtomate figurato ordine duplici.*

WEISSIA.

Theca oblonga. *Periſtoma* duplex: exterius dentibus 8 vel 16; interius dentibus 16 piloſis, eroſis vel nullis. *Calyptra* conica pilis erectis.

(♂: ♀.) *Flos maſc.* gemmiformis, axillaris et terminalis.)

873. *W. criſpa.* ſurculo erecto ramoſo, foliis lanceolato-linearibus confertis, ſiccitate criſpis: thecis ex ampliata ſeta obovatis.
Orthotrichum criſpum. *Hoffm. Deut. Fl.* 2. *p.* 25. *Hedw. Muſc.* 2. *t.* 35.
Ad arborum truncos in ſylvis.
Periſtomatis *interni dentes capillacei.*

874. *W. ſtriata.* ſurculo ramoſiſſimo, foliis lanceolato-carinatis patulis, ſummis apice eroſis: thecis oblongis ſubſeſſilibus.
Weiſſia ſtriata. *Roth. fl. germ.* 3.
Grimmia ſtriata. *Willd. prodr. Hoffm. Deut. Fl.*
Bryum ſtriatum. *Lin. ſyſt. veg.*
Ad arborum truncos. Vere et autumno.

875. *W. affinis.* ſurculo erecto ſubramoſo, foliis lanceolatis patulis margine revolutis: thecis ſubſeſſilibus oblongis ſtriatis.
Weiſſia affinis. *Roth. fl. germ.* 3.
Orthotrichum affine. *Hoffm. Deut. Fl.* 2. *p.* 26. *Schrad. ſpic.*
Ad aſſeres et truncos. Aeſtate.
Periſtomatis *interni dentes capillacei plerumque* 8.

876. *W. diaphana.* ſurculo erecto ſubramoſo, foliis lanceolato-acuminatis apice diaphanis caneſcentibus: thecis ſubſeſſilibus oblongis ſtriatis.
W. diaphana. *Roth. fl. germ.* 3.
Orthotrichum diaphanum. *Hoffm. Deut. Fl. Schrad. ſpic.*

Ad afferes, arborum truncos, inque lapidibus. Vere. *Periſtoma* Neckerae, *Calyptra* Weiſſiae.

FUNARIA.

Theca obconica. *Periſtoma* duplex: exterius dentibus 16 obliquis apice cohaerentibus; interius ciliis 16 e membrana liberis.

(♂: ♀.) *Flos maſc.* diſciformis.

877. *F. hygrometrica.* ſurculo ſubſimplici, foliis oblongis acuminatis conniventibus: thecis obliquis pyriformibus ſetis incurvis. *Roth. fl. germ.* 3.

Mnium hygrometricum. *Lin. ſyſt veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 52. *f.* 75.

Koelreutera hygrometrica. *Willd. prodr. Roth. fl. germ.* 1.

In foſſis, locis humidis umbroſis, et truncis putridis cavis. Vere.

FONTINALIS.

Thecae ſeta brevis, *perichaetio* imbricato obvoluta: *Periſtoma* duplex; exterius dentibus 16 latiuſculis; interius dentibus 16 reticulatim conjunctis.

(♂ — ♀.) *Flos maſc.* gemmiformis.)

878. *F. antipyretica.* ſurculo ramoſo vago, foliis ovato-lanceolatis acutis complicato-carinatis trifariis: thecis lateralibus ſubcylindricis, operculo conico obtuſiſſimo.

F. antipyretica. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 260. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. muſc. t.* 33. *f.* 1.

In lacu prope Heinersdorff et Alten-Warthe. Aeſtate. Autumno.

H Y P N U M.

Theca ovata ſeu oblonga. *Periſtoma* duplex: exterius dentibus 16; interius e membrana 16 dentata ciliis interjectis.

* *Brya* Hedw.

(♂: ♀.) *Flos maſc.* capituliformis.)

879. *H. argenteum.* ſurculo tereti erecto, ramoſo; foliis ovatis concavis imbricatis, conniventibus, ſetiferis: thecis in ſeta axillari oblongis nutantibus; operculo convexo obtuſo.
Bryum argenteum. *Lin. ſyſt. veg. Roth. fl. germ. Dill. Musc. t.* 50, *f.* 62.
Mnium argenteum. *Hoffm. Deut. Fl.*
In hortis, agris, coemeteriis tectisque. Hyeme et Vere.

880. *H. androgynum.* surculo ſubramoſo erecto, foliis lanceolatis patulis: thecis ſetae terminalis cylindricis, operculo acuminato. *Willd. prodr. n.* 962. *Roth. fl. germ.* 1.
Bryum androgynum. *Roth. fl. germ.* 3.
Mnium androgynum. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill Muſc. t.* 31. *f.* 2.
In radicibus terra denudatis et truncis ſubputridis ſylvae Cladovianae. Hyeme et Vere.

** *Mnia* Hedw.

(♂: ♀.) *Flos maſc.* diſciformis.)

881. *H. paluſtre.* ſurculo dichotomo, foliis lanceolatis acutiuſculis carinatis: theca obliqua, operculo brevi conico.
Mnium paluſtre. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.* 1. *Lin. ſyſt. veg. Dill. Muſc. t.* 31. *f.* 3.
Bryum paluſtre. *Roth. fl. germ.* 3.
In paludibus ſylvae Cladovianae et in humidis nemoroſis horti anglici ad Himmelſtaedt. Vere: Aeſtate.
Surculi *ſupra medium innovationibus bifidi, to-*

mento denſo ferrugineo obducti. Folia *lanceolata acutiuſcula integerrima pellucida, nervo dorſali valido carinata, ſiccitate adpreſſa, flexuoſa. Infloreſcentia lateralis.* Theca *incurva ſiccitate ſtriata.*

882. *H. hornum.* ſurculo ſimplici, foliis margine acute ſerratis: thecis cylindricis pendulis, operculo conico.

Mnium hornum. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.* 1. *Dill. Muſc. t.* 51. *f.* 71.
Bryum hornum. *Roth. fl. germ.* 3.
In humidis ſylvae Cladovianae. Vere.

883. *H. capillare.* ſurculo ramoſo, foliis ovatis carinatis, pilo terminatis: theca oblonga nutante, operculo brevi acuminato.

Bryum capillare. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 238. *Dill. Muſc. t.* 50. *f.* 67.
Mnium capillare. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. germ.* 1.
In pratis uliginoſis Schützenſee verſus inque ſylva Cladoviana. Vere.

884. *H. caeſpititium.* ſurculis ramoſis, ramis breviſſimis, foliis lanceolatis acuminato-ſetaceis: thecis ovatis nutantibus, operculo convexo obtuſo.

Bryum caeſpititium. *Lin. ſyſt. veg. Roth. fl. germ.* 3. *Dill. Muſc. t.* 50. *f.* 66.
Mnium caeſpititium. *Roth. fl. germ.* 1. *Hoffm. Deut. Fl.*
In ſiccioribus graminoſis ſylvae Cladovianae. Vere.

885. *H. cuſpidatum.* ſurculo fructifero erecto, ſterili reptante; foliis ovatis, acutis, ſerratis; thecis nutantibus ovatis, operculo convexo.

Bryum cuſpidatum. *Roth. fl. germ.* 3. *Dill. Muſc. t.* 53. *f.* 79.
Mnium cuſpidatum. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.* 1.
Mnium ſerpillifolium β. cuſpidatum. *Lin. ſyſt. veg.*
In pratorum locis humidis et ſylva Cladoviana. Vere et Aeſtate.
Setae *aggregatae et ſimplices.*

886. *H. ſerpillifolium.* ſurculo fructifero erecto, ſterili reptante; foliis obovatis obtuſis integerrimis: thecis ovatis cernuis, operculo apiculato.
Mnium ſerpillifolium. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. ſyſt. veg. var. α punctatum.*
Mnium punctatum. *Roth. fl. germ.* 1. *Dill. Muſc. t.* 53. *f.* 81 *ſub Bryum.*
Bryum punctatum. *Roth fl. germ* 3.
Iisdem in locis eodemque tempore.
Setae *ſimplices, vel aggregatae.*

887. *H. ellipticum.* ſurculo erecto, foliis ellipticis ſubſerratis apice obtuſis emarginatis; thecis oblongis cernuis, operculo cuſpidato.
Mnium ellipticum. *Hoffm. Deut. Fl.* 2. *p.* 52. *Dill. Muſc. t.* 53. *f.* 80.
Iisdem in locis eodemque tempore.
Habitus praecedentis.

888. *H. roſeum.* ſurculo ſimplici vel prolifero, foliis lanceolatis acutis denticulatis, ſummis roſaceo-congeſtis: thecis nutantibus, operculo conico brevi.
Mnium roſeum. *Hoffm. Deut. Fl.*
Mnium ſerpillifolium γ proliferum. *Lin. ſyſt. v.g.*
Mnium proliferum. *Roth. germ.* 1.
Bryum roſeum. *Roth. germ.* 3. *Dill. Muſc. t.* 52. *f.* 77.
In nemoribus prope Gennin. Vere.
Surculus *ſterilis erectus nec reptans.* Setae *aggregatae.*

889. *H. undulatum.* ſurculo ſimplici innovationibus faſtigiato, foliis oblongo-lanceolatis undulatis ſerratis: thecis nutantibus, operculo conico brevi.
Mnium undulatum. *Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.* 1.
Mnium ſerpillifolium δ. undulatum. *Lin. ſyſt. veg.*
Bryum undulatum. *Roth. fl. germ.* 3.
Mnium ligulatum. *Schreb. ſpic. Willd. prodr. Dill. Muſc. t.* 52. *f.* 76. *ſub Bryum.*

In pratis prope Trieſt's Vorwerck, ſylva Cladoviana et alibi. Vere.

*** *Weberae* Hedw.

Floribus hermaphroditis.

890. *H. nutans.* ſurculo ſimplici, foliis lanceolatis conniventibus: thecis oblongis nutantibus, operculo rotundato-convexo, mucronato.
Bryum nutans. *Roth. fl. germ.* 3. *Dill. Muſc.* 1. *t.* 50. *f.* 61.
Webera nutans. *Willd. prodr. Roth. fl. germ.* 1. *Hedw. Muſc.* 1. *t.* 4.
Mnium nutans. *Hoffm. Deut. Fl.*
In ſylva Cladoviana paſſim. Vere.
Theca *emiſſo ſemine in baſi contracta.* Seta *longiſſima.*

**** *Hypna* Lin.

(♂: ♀.) *Flos maſc*, gemmiformis.

✠ *Fronde ſimplici vel ſubramoſa pinnata.*

891. *H. denticulatum.* fronde ſubſimplici pinnata baſi ſetifera pinnis cuneiformibus acutis bifariam imbricatis: thecis cylindricis, operculo conico.
Hypnum denticulatum. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ.* 3. *Dill. Muſc. t.* 34. *f.* 5.
Fiſſidens denticulatus. *Willd. prodr. Roth. fl. germ.* 1.
In humidis ſylvae Cladovianae ad arborum radices. Hyeme.
Variat ſetis *ad et ſupra baſin provenientibus, et* foliis *diſticho-patentibus nec arctius ſibi incumbentibus.* Hypnum ſylvaticum *Linn certe ſpecie non diverſum.*

✠ ✠ *Surculis ramoſo-pinnatis.*

892. *H. Schreberi.* ſurculis erectis plano-pinnatis, apice attenuatis, foliis ovato lanceolatis, laxe imbricatis: thecis oblongis, operculo conico.

Hypnum Schreberi. *Willd. prodr. Roth. fl. germ.* 1.
Hypnum compreſſum. *Schreb. ſpic. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 40. *f.* 42.
In ſylva Cladoviana. Hyeme. Vere.

893. *H. cuſpidatum.* ſurculis erectiuſculis, pinnato-ramoſis, teretiuſculis apice cuſpidatis, foliis ovato-lanceolatis acutis: thecis oblongo-ovatis obliquis, operculo conico.
H. cuſpidatum. *Lin. ſyſt. veg. Roth. fl. germ. Hoffm. Deut Fl. Dill. Muſc. t.* 39. *f.* 34.
In pratis prope Schützenſee, im Hopfenbruche et ad Himmelſtaedt. Majo. Junio.
Setae *ſurculo paulo longiores.* Thecae *demum curvatae.*

894. *H. triquetrum.* ſurculis pinnato ſparſis recurvis, foliis triangularibus patulis, baſi longitudinaliter plicatis: thecis obovatis obliquis, operculo conico obtuſo.
H. triquetrum. *Lin ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Dill. Muſc. t.* 38. *f.* 28.
In collibus umbroſis Zechow verſus, ad viam Merzdorff verſus et in ſylva Cladoviana. Hyeme. Vere.

895. *H. nitens.* ſurculis erectis breviſſime pinnato-ſparſis, foliis lanceolatis ſubulatis ſtriatis nitentibus: thecis oblongis obliquis, operculo conico acuto.
H. nitens. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Roth. fl. germ. Dill. Muſc. t.* 39. *f.* 37
Ad marginem lacus ad Schützenſee. Vere.
Folia *flava nitentia.*

896. *H. abietinum.* ſurculis procumbentibus pinnato ramoſis, filiformibus, ſuperne incraſſatis, foliis cordato-acuminatis.
Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl Roth. fl. germ. Dill. Muſc. t. 35. *f.* 17.
In collibus umbroſis Zechow et Merzdorff verſus inque ſylva Cladoviana. Omni tempore.
Thecas *nondum vidi.*

Capſula *oblonga, obliqua erectiuſcula, fuſcella.* Operculum *conoideum apiculatum. Roth fl. germ.* 3. *p.* 273.

897. *H. proliferum.* ſurculis teretibus, apice ſtolone continuatis, triplicato-pinnatis, foliis caulinis cordato-ſubulatis, tricoſtatis, integerrimis, perichaetio ovato. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 273. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 35. *f.* 14.

In ſylva Cladoviana et ad viam Merzdorff verſus. Vere.

Vireſcens absque nitore. Perichaetii folia ovato lanceolata. Capſula *oblonga obliqua, inclinata.* Operculum *conico-roſtratum, apice ſurſum vel deorſum curvatum. Roth. l. c.*

898. *H. umbratum.* ſurculis teretibus dorſo proliferis, bipinnato-ſparſis, ramis ramulisque attenuatis, foliis cordato-ovatis, acuminatis, ſerrulatis, tricoſtatis, perichaetio oblongo ovato. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 278. *Hoffm. Deut. Fl.*

Iisdem in locis. Vere.

Seta *circiter uncialis.* Theca *ſubcernua.*

899. *H. parietinum.* ſurculis compreſſis, dorſo proliferis triplicato-pinnatis foliis ovatis, acutis, integerrimis, perichaetio oblongo conico. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 276. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 35. *f.* 13.

Hypnum proliferum. *Willd. prodr.*

In ſylva Cladoviana alibique paſſim. Vere.

Surculi *rubentes.* Folia *laete viridia nitentia.* Setae *plerumque plures aggregatae, ſub theca dilatatae.* Theca *obliqua,* operculo *oblongo cuſpidato apice incurvo.*

✠ ✠ ✠ *Foliis ſecundis vel reflexis.*

900. *H. filicinum.* ſurculis erectis, pinnatis, ſimplicibus, foliis falcatis, ſecundis, ſtriatis. *Roth fl. germ.* 3. *p* 283 *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 36. *f.* 19. *B — F.*

In horto anglico et ſylva ad Himmelſtaedt. Aestate.

Setae e ſurculi *medio adſcendentes.* Thecae *oblongae incurvae*, operculo *conico breve obtuſo. Roth. l. c.*

901. *H. compreſſum.* ſurculis procumbentibus pinnatis cum ramis apice recurvis, foliis ovato lanceolatis, apice decurvis, ſecundis enerviis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 286. *Dill. Muſc. t.* 36. *f.* 22.

Iisdem in locis eodemque tempore.

Seta *uncialis flexuoſo adſcendens.* Theca *ovata inclinans.* Operculum *breve conicum, ſubacutum. Roth.*

902. *H. cupreſſiforme.* ſurculis procumbentibus cum ramis ſimpliciuſculis apice recurvis, vagis, foliis ovato-acuminatis, incurvis, ſecundis enerviis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 291. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 37. *f.* 23.

In terra ad arborum truncos. Autumno. Vere.

903. *H. aduncum.* ſurculo erectiuſculo ramoſo-pinnato, ramis patulis apice recurvis, foliis lanceolatis, falcatis, carinatis, apice ſetaceis, ſecundis, foliolis perichaetii apiculatis.

Hypnum aduncum. *Roth. fl. germ.* 3. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill Muſc. t.* 37. *f.* 26.

Neckera adunca. *Roth. fl germ.* 1. *Willd. prodr.*

In pratis paludoſis ad Schützenſee et Himmelſtaedt. Aeſtate.

Setae *alares, biunciales et ultra.* Thecae *oblongae, obliquae, inclinantes.* Opercula *convexo-acuta.*

904. *H. ſquarroſum.* ſurculis proſtratis, ramis erectiuſculis vagis apice patulo-reflexis foliis ovato-lanceolatis acutis complicatis reflexis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 297. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 39. *f.* 38.

In pomariis ſubhumidis ad Wepritz et horto anglico ad Himmelſtaedt. Vere et Autumno.

Setae *alares, erectae unciales.* Thecae *ſubovatae obliquae inclinatae*, operculo *brevi conico.*

Variat ſurculis *ramis denudatis.*

✠✠✠✠ *Foliis rectis, ſurculis faſciculatis vel dendroidibus.*

905. *H. myoſuroides.* ſurculis repentibus, ramis erectis faſciculatis; ramulis attenuatis recurvis, foliis ovatis, acutis, concavis, coſtatis: thecis ovatis erectis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 300. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. ſyſt. veg. Dill. Muſc. t.* 41. *f.* 50.
In horto anglico ad Himmelſtaedt. Vere.

✠✠✠✠✠ *Foliis rectis, ſurculis intricatis vel vagis.*

906. *H. ſerpens.* ſurculo repente, ramis erectis, filiformibus, ſubramoſis, foliis ovato-acuminatis, remotis, patulis, enerviis: thecis oblongis obliquis, ſubinclinatis; operculo convexo acuto. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 304.
Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Hedw. Muſc. 4. *t.* 18.
Ad arborum truncos et in vinea Schlüteri. Vere. Autumno.
Theca *oblonga, baſi attenuata apophyſi quaſi inſtructa, ſub* periſtomate *parum contracta, demum inclinata.* Operculum *e convexo-acutum brevi acumine terminatum.*

907. *H. intricatum.* ſurculo repente, ramis brevibus, foliis lanceolato acuminatis, coſtatis, denticulatis, patulis: thecis ovatis ventricoſis, obliquis, inclinatis, operculo conico. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 306. *Hoffm. Deut. Fl. Schreb. ſpic.*
In hortis ad arborum truncos ceſpitulos imbricatos formans. Vere.
Seta *exaſperata ſemiuncialis.*

908. *H. plumoſum.* ſurculo reptante, ramis brevibus pinnato-erectiuſculis, confertis, foliis imbricatis patulis, cordato-lanceolatis, ſubulatis, nervoſis: thecis oblongo-ovatis, ſubobliquis inclinatis: operculo conico brevi. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 300. *Dill. Muſc. t.* 35. *f.* 16.

Hypnum ſalebroſum. *Hoffm. Deut. Fl.*
In ſylva ad Cladow. Vere.
Seta *ſemiuncialis alaris laevis.*

909. *H. ſtriatum.* ſurculo depreſſo, ramis vagis recurvis, foliis acutis ſtriatis undique patulis: thecis oblongo-ovatis, obliquis inclinatis, operculi roſtro deorſum ſurſumque directo. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 316. *Hoffm. Deut. Fl. Hedw. Muſc.* 4. *t.* 13.
In ſylva Cladoviana in terra. Vere.
Seta *uncialis laevis demum tortilis. Roth.*

910. *H. piliferum.* ſurculo decumbente: ramis vagis erectiuſculis, foliis imbricatis, ovatis, apice in cuſpidem piliformem productis, baſi coſtatis: thecis oblongo-ovatis, inclinatis, operculo roſtrato. *Roth fl. germ.* 3. *p.* 312. *Hoffm. Deut. Fl. Schreb. ſpic. Hedw. Muſc.* 4. *t.* 14.
In umbroſis humidiuſculis horti anglici ad Himmelſtaedt. Vere.
Seta *axillaris, ſeſqui-ad biuncialis, exaſperata.* Thecae *operculum conico-roſtratum, roſtro longo ſurſum vel deorſum directo. Roth.*

911. *H. rutabulum.* ſurculo decumbente vario, ramis adſcendentibus, erectiuſculis, curvatis, ſubramoſis; foliis ovato-acuminatis, patulis coſtatis: thecis oblongo-ovatis. obliquis, ſubinclinatis; operculo conico brevi. *Roth. fl. germ.* 3. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. ſyſt. veg. Hedw. Muſc.* 4. *t.* 12.
In ſepibus prope Schützenſee et Heinersdorff verſus. Vere.
Folia *imbricato patula, concava, apicem verſus tenuiſſime denticulata, nervo dorſali apicem non adtingente.* Seta *uncialis exaſperata, alaris.* Operculum *conicum breviſſime apiculatum.*

912. *H. ſtrigoſum.* ſurculo repente, ramis abbreviatis erectis approximatis, foliis ovato lanceolatis imbricato patulis: thecis cernuis. *Hoffm. Deut. Fl.* 2. *p.* 76.
In terra in horto anglico prope Himmelſtaedt. Vere.

Setae *e ſurculo repente ſemiunciales, glabrae.* Perichaetii folia *lanceolata longe acuminata pilifera.* Theca *ovato-oblonga, obliqua, inclinata rubra.* Operculum *conicum acuminatum ſurſum curvatum.*

913. ***H.*** *riparium.* ſurculo proſtrato varie diviſo ramis radicantibus, foliis ovato-acutis integerrimis, in planum divergentibus: thecis oblongis ovatis, obliquis ſubinclinatis, operculo oblongo convexo acuto. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 300. *Hedw. Muſc.* 4. *t.* 3. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. ſyſt. veg.*

In lacu ad Heinersdorff et Alten-Warthe. Aeſtate.

914. *fluitans.* ſurculo gracili, longo, ramoſo, foliis oblongo lanceolatis acuminatis remotiuſculis patulis: theca oblonga obliqua inclinata, operculo convexo apiculato. *Roth. fl. germ.* 3 *p.* 303. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Hedw. Muſc.* 4. *t.* 36.

In aquis ſtagnantibus fodinarum argillacearum prope Schützenſee. Aeſtate.

Surculus *longitudine plerumque pedali, gracilis, ramoſo-pinnatus, rami remoti patentes, inferiores breviores.* Folia *ovato-lanceolata anguſta in pilum quaſi attenuata patula.* Seta *uncialis.* Theca *oblonga obliqua inclinata, operculo convexo acuto apiculato.*

L E S K I A.

Theca oblonga. *Periſtoma* duplex: exterius dentibus 16 acutis, interius membrana 16 dentata, dentibus ſimplicibus.

(♂: ♀) *Flos maſc.* gemmiformis.)

915. *L. trichomanoides.* fronde ramoſa depreſſa, ramis brevibus obtuſis, foliis diſtichis, imbricatis, acinaciformibus, obtuſis, crenulatis.

L. trichomanoides. *Roth. fl. germ. Ehr. crypt. exs. Willd. prodr.*

Hypnum trichomanoides. *Schreb. ſpic. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 34. *f.* 8.

Ad arborum radices es truncos, im Bürgerbruche et in ſylva ad Cladow. Vere.

Perichaetium foem. *ovato-oblongum, foliolis lanceolatis obtuſiuſculis, erecto-patulis.* Seta *axillaris fere uncialis adſcendens.* Theca *brevis ſubcylindrica erecta.* Operculi *roſtellum ſubulatum obliquum.*

916. *L. complanata.* fronde ramoſo-pinnata depreſſa, complanata, ramulis in fila attenuatis, foliis diſtichis imbricatis acinaciformibus acuminatis integerrimis.

L. complanata. *Roth. fl. germ.* 3.

Hypnum complanatum. *Lin. ſyſt. veg. Schreb. ſpic. Roth. fl. germ.* 1. *Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 34. *f.* 8.

Ad arborum truncos in ſylva Cladoviana. Vere.

Setae *axillares ſemiunciales*, perichaetio *longo gracili cinctae.* Foliola perichaetii *linearia in cuſpidem piliformem attenuata.* Theca *ovata ventricoſa*; operculum *roſtratum, roſtro incurvo obtuſiuſculo.*

917. *L. ſericea.* ſurculo repente, ramis adſcendentibus confertis ramoſis, foliis imbricatis, lanceolato-acuminatis trinerviis: thecis erectis ovato-oblongis; operculo conico-ſubulato.

Leſkea ſericea *Hedw. Muſc.* 4. *t.* 17. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 329.

Hypnum ſericeum. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl.*

Neckera ſericea. *Roth. fl. germ.* 1. *Willd. prodr.*

Ad ſepes et arborum truncos ubique. Vere.

Folia *ſericeo-ſplendentia trinervia, nervis lateralibus brevioribus* Theca *recta ovato-oblonga, apicem verſus attenuata*; operculo *conico-ſubulato, recto.*

918. *L. polyantha.* ſurculo repente ramoſiſſimo multifloro; ramis brevibus erectis, foliis ovatis cuſpidatis enerviis, thecis oblongo-ovatis erectis; operculo conico. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 330. *Hedw. Muſc.* 4 *t.* 2.

Hypnum polyanthos. *Schreb. ſpic. Hoffm. Deut. Fl.*

Ad annosos Salicum truncos Hopfenbruch versus et im Aufstall. Autumno. Vere.

In statu sicco folia *subsecunda ramulique incurvi. Hoffm.*

Theca *subcylindrica.* Operculum *conoideum paulo elongatum rectum, interdum curvatum vel tantum conicum.*

919. *L. polycarpa.* surculis repentibus, ramis recurvis, filiformibus, diffusis, foliis ovato-lanceolatis, imbricatis costatis; thecis erectis, cylindraceis subobliquis: operculo conico. *Roth. fl. germ* 3. *p.* 334.

Hypnum polycarpon. *Hoffm. Deut. Fl.*

In pratis ad annosos Salicum truncos. Aestate. Autumno.

Folia *nervo dorsali valido instructa, imbricata, patula.* Thecae *cylindraceae erectae,* operculo *conico elongato obtuso, nec acuminato.*

NECKERA.

Theca oblonga. *Peristoma* duplex: exterius dentibus 16 acutis; interius ciliis 16 distinctis cum dentibus exterioribus alternantibus.

(♂: ♀.) *Flos masc.* gemmiformis.)

920. *N. crispa.* frondibus ramosis, erectiusculis, complanatis, foliis distichis, imbricatis, oblongis, acutis, transversim plicatis: thecis oblongo-ovatis erectiusculis, operculo rostrato. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 336 *Willd. prodr.*

Hypnum crispum. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 36. *f.* 12.

Ad truncos fagineos in sylva Cladoviana, rarius cum thecis. Hyeme.

Setae Perichaetium *longissimum, gracile,* foliis *linearibus convolutis.* Seta *semiuncialis.* Theca *subinclinata.* Operculi *rostrum subulatum subrectum.*

921. *N. viticulosa.* surculis repentibus diffusis, ramis adscen-

adſcendentibus erectiuſculis, ſiccitate retortis, foliis oblongis acuminatis, patulis, (coſtatis:) thecis oblongis erectis; operculo conico. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 339.
In ſylva Cladoviana ad arborum truncos. Hyeme.
Perichaetium *ſetae ſemiuncialis ovato- oblongum vix* foliis *ſuperans.* Thecae *ſubcylindraceae,* operculo *conico acuminato recto.*

922. *N. dendroides.* ſurculis repentibus, ramis erectis, ramulis faſciculatis, faſtigiatis, ſimpliciusculis, foliis ovato-lanceolatis trinerviis: thecis ovatis erectis; operculo conoideo obliquo. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 340. *Willd. prodr.*
Hypnum dendroides. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 40. *f.* 48.
In pratis Schützenſee verſus, in pomariis et horto anglico prope Himmelſtaedt. Vere et Autumno.
Ramorum folia *adpreſſa, ramulorum erecto patula, apice denticulata.*
Variat ramis *inferne ramuloſis.*

POLYTRICHUM.

Theca oblonga. *Periſtoma* duplex: exterius dentibus 32 vel 64 baſi coalitis, incurvis; interius membrana plana, apicibus dentium exterioris adglutinata.

(♂: ♀.) *Flos maſc.* diſciformis.)

* *Theca cum apophyſi.*

923. *P. commune.* ſurculo ſimplici, foliis lanceolatis, acutis, ſerrulatis: theca oblonga tetraëdra; calyptra deorſum piloſa. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 346. *Lin. ſyſt. veg. var.* α. *Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 54. *f.* 1.
In ſylvis pratisque uliginoſis. Junio. Julio.

924. *P. juniperifolium.* ſurculo ſimplici, foliis lineari-lanceolatis, mucronatis, integerrimis: theca oblonga tetraëdrae; calyptra deorſum piloſa. *Roth.*

fl. germ. 3. *p.* 348. *Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 54. *f.* 2.

Polytrichum commune var. ε. *Lin. syst, veg.*

In pratis uliginosis ad Himmelstaedt. Majo.

925. *P. piliferum.* surculo simplici, foliis linearibus crassiusculis, rigidis, integerrimis, apice piliferis: theca tetraëdra, oblonga; calyptra deorsum pilosa. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 348. *Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 54. *f.* 3.

P. commune. var. γ. *Lin syst.*

In arenosis sterilissimis sylvaticis et *prope* Kalck-Factorey. Vere. Autumno.

** *Theca absque apophysi.*

926. *P. urnigerum.* surculis ramosis, foliis lanceolatis, denticulato serratis: setis lateralibus; thecis cylindraceis erectis; calyptra deorsum pilosa. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 350. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. syst. veg. Dill. Musc. t.* 55. *f.* 5.

Sylvam versus ad Himmelstaedt. Vere.

Setae *laterales et axillares.* Thecae *antecedentibus multo minores cylindraceae inferne parum ventricosae, erectae.* Operculum *mucrone acuto recto vel obliquo terminatum.*

927. *P. aloides.* surculo simplici foliis lineari lanceolatis, planis ad apicem serratis: theca cylindrica obliquata; calyptra deorsum pilosa. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 352. *Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 55. *f.* 7.

Mnium polytrichoides var β. *Lin. syst. veg.*

Eodem in loco et tempore.

Operculi *rostellum breve.*

928. *P. undulatum.* surculo simplici, foliis lanceolatis, serratis, undulatis patulis: theca cylindrica inclinata: calyptra superne pilis brevibus erectis muricata. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 354. *Hedw. Musc.* 1. *t.* 16 — 17. *Willd. prodr.*

Bryum undulatum. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. syst. veg.*

In pratis et sylvaticis humidis. Autumno. Vere.

Setae *ſolitariae vel duae ad quatuor.* Theca *evacuata curvata, ſtriata.* Operculum *longius roſtratum rectum.* Calyptra *thecae maturae fere glabra.*

b. Hepaticae: *Capſula valvulis aut dentato dehiſcens.*

JUNGERMANNIA.

(♂—♀:) *Capſula* ſubrotunda, ſetae nudae inſidens, 1-locularis, 4-valvis, valvulis patentibus, *Semina* per fila plerumque cateniformia affixa.

Maſc. flos veſicula vel globulus farinoſus absque calyce et corolla.

✠ *Cauleſcentes.*

* *ſtipulis deſtitutae.*

929. *J. ſcalaris.* ſurculis ſimplicibus apice floriferis, foliis ſubrotundis, concavis integerrimis, ſecundis, perianthiis obovatis apice plicatis. *Roth. fl. germ.* 3. *p* 374, *Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 31. *f.* 5.

In nemoroſis humidis ad Himmelſtaedt. Vere.

Surculi *ſimplices, ſemiunciam ad unciam longi, demum erectiuſculi; capſuliferi apice incraſſati; globuliferi attenuati, globulo flaveſcente farinoſo terminati.*

930. *J. globularis.* ſurculis repentibus ſubcompreſſis, foliis ovatis diſtichis, apice obtuſe emarginato-bidentatis, dentibus apice globuliferis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 379.

J. bicornis. *Hoffm. Deut. Fl. Tim. fl. Megap.*

Eodem in loco Hyeme. Vere.

Surculi *denſe ceſpitoſi ſubramoſi repentes et erecti, fructiferi globuliferis dimidio fere brevioribus.* Perianthium *oblongo-ovatum plicatum, truncatum, foliis ſuperioribus cinctum.*

931. *J. bicuſpidata.* ſurculis procumbentibus, diffu-

ſis, foliis diſtichis, ſubquadratis, apice acute emarginatis, bicuſpidatis, perianthiis lateralibus. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 384. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. ſyſt. veg. Dill. Muſc. t.* 70. *f.* 13.

In truncis putridis terrae incumbentibus ſylvae Cladovianae. Vere.

Surculi *procumbentes, ſubramoſi, in ceſpitulos laxos diſpoſiti, in medio vel baſin verſus capſuliferi; ſteriles in apice globulo farinaceo terminati.*

Defectu ſtipularum *ſatis a* Jungermannia bidentata *diſtincta.*

*** Stipulatae ordine ſimplici.*

932. *J. bidentata.* ſurculis procumbentibus, foliis ovatis baſi cum nervo confluentibus, apice obtuſe emarginatis, bidentatis; ſtipuliis quadridentatis, bipartitis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 392. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. ſyſt. veg. Dill. Muſc. t.* 70. *f.* 11.

Inter muſcos in terra, ad viam Merzdorff verſus, in horto anglico et ſylva ad Himmelſtaedt. Vere et Autumno.

Surculi *ſubramoſi plerumque ſimplices unciales et longiores.* Stipulae *minutiſſimae, laciniatae.* Perianthium *oblongum, truncatum, laciniatum, terminale.*

933. *J. trilobata.* ſurculis repentibus foliis ſtipulisque ſubquadratis, imbricatis, apice tridentatis, perianthiis terminalibus. *Roth fl. germ.* 3. *p.* 396. *Lin. ſyſt. veg. Dill. Muſc. t.* 71. *f.* 22. *A. B.*

Jungermannia radicans. *Hoffm. Deut. Fl.*

Absque capſulis inter *Dicranum glaucum* in horto anglico ad Himmelſtaedt. Vere.

Surculi *unciales et longiores, ramoſi, cum ramis in apice decurvi, ſuperne convexi, inferne concavi, e ſtipularum alis radiculas longas remote emittentes.* Folia *alterna, plerumque tri-interdum* 4-*ad* 5-*dentata.*

934. *J. reptans.* ſurculis ramoſo-pinnatis baſi fructi-

feris; foliis alternis bifariis, cum ſtipulis quadratis apice ſubquadrifidis: perianthiis conicis triſulcis baſi imbricatis. R.

Jungermannia reptans. *Roth. fl. germ.* 1 *et* 3. *Hoffm. Deut. Fl. Lin. ſyſt. veg. Dill. Muſc. t.* 71. *f.* 24.

Ad truncos putridos in terra proſtratos et inter muſcos in ſylva et horto anglico ad Himmelſtaedt. Vere.

Surculi *teneri ramoſo-pinnati laxe in ceſpitem congeſti vel in aliis muſcis ſparſi, baſi radicantes.* Folia *in caule remote alterna, bifariam diſpoſita, in ramis magis approximata* Stipulae *remotiuſculae, foliis ſimiles ſed minores.* Perianthia *baſin verſus in latere ſurculi nec in medio, albicantia, baſi ventricoſa, foliolis ovatis imbricata, apice attenuata, tenuiſſime lacinulata.*

935. *J. ciliaris.* ſurculis repentibus glabris, foliis ſtipulisque ovatis bifidis dentato-ciliatis: perianthiis terminalibus, ovato-oblongis glabris.

J. ciliaris. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 400. *Lin. ſyſt. veg.*

J. pulcherrima. *Hoffm. Deut. Fl. Weber. ſpic. fl. Götting.*

Ad arborum caudices horti anglici et ſylvae ad Himmelſtaedt. Aprili.

Surculi *intricati, ramoſiſſimi, ad inſignem latitudinem arborum corticem obducentes, primo intuitu a folii ciliorum copia hirſuti, glabri tamen, denſe folioſi.* Folia *pellucido-punctata, ciliis articulatis margine ornata.* Perianthium *etiam in ramulis terminale, ovato-oblongum, apice obtuſum laciniato-4 dentatum conniveus, baſi foliis cinctum.* Seta *ſemunciam longa teretiuſcula.* Capſula *ſubgloboſa badia, valvulis oblongis acutiuſculis, patentibus, apicibus inflexo conniventibus.*

936. *J. Tomentella.* ſurculis repentibus maxime tomentoſis, foliis ſtipulisque oblongis, multifido-ciliatis, imbricatis: perianthiis hirſutis, cylindraceis. *Roth fl. germ.* 3. *p.* 401. *Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 73. *f.* 35.

In humidis ſylvae Cladovianae. Martio. Absque. Capſulis.

Surculi *albido vireſcentes a foliorum ciliis tomentoſi.* Stipulae *foliis minores at exacte ſimiles.* Genicula *ciliorum magis remota antecedenti.* Perianthium *ad ramorum divaricationes laterale, cylindraceum, grande piloſum.* Seta *ultra unciam longa.* Capſula *oblonga atropurpurea vel nigricans. Roth.*

937. *J. complanata.* ſurculis repentibus, complanatis, foliis ſtipulisque rotundatis planis, integerrimis, denſiſſime imbricatis: perianthiis oblongis compreſſis *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 403. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Muſc. t.* 72. *f.* 26.

Ad arborum truncos in ſylvis. Vere.

Perianthia *etiam in ramis terminalia aut lateralia; oblonga, compreſſa, laeviter inciſa.* Seta *breviſſima, caduca.* Capſula *exigua, ſubrotunda, nigra.*

*** *Stipulatae ordine triplici.*

938. *J. platyphylla* ſurculis procumbentibus, foliis ovatis imbricatis: ſtipulis integerrimis margine revolutis; intermediis duplo majoribus. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 405. *Lin. ſyſt. R. Hoffm. Deut. Fl*

Ad arborum truncos in ſylvis Vere

Surculi *e viridi flaveſcentes, complanati, ramoſi dichotomi denſe folioſi* Stipulae *foliis minores adpreſſae, intermediae adnatae majores.* Perianthia *lateralia et axillaria compreſſa, apice obtuſa laciniata.* Seta *perianthio longior.* Capſula *fusca, valvulis acutis.*

939. *dilatata.* ſurculis repentibus, foliis rotundatis, imbricatis, arcte adpreſſis: ſtipulis lateralibus ovatis, intermediis bifidis, margine revolutis, approximatis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 406. *Lin. ſyſt. veg. Dill. Muſc. t.* 72. *f.* 27.

Jungermannia tamariſcifolia. *Hoffm. Deut. Fl. Schreb ſpic.*

Ad arborum truncos. Vere.

Surculi *atropurpurei nitentes, ramoſiſſimi, apici-*

bus parum incraſſatis Stipulae *intermediae lateralibus duplo majores.* Perianthia *terminalia*, foliis *perichaetialibus ſerratis baſi cincta, quadrangula, apice contracta laciniata.* Seta *perianthium vix ſuperans.* Capſula *minuta, fuſceſcens.*

940. *J. tamariscifolia.* surculis repentibus, foliis rotundatis, imbricatis, laxius ſibi incumbentibus; ſtipulis lateralibus rotundatis, intermediis ovatis, bifidis, planis, remotis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 408. *Lin. ſyſt. veg. Dill. Musc. t.* 72. *f.* 31.

Jungermannia dilatata. *Hoffm. Deut. Fl.*

In arborum truncis ubique. Vere.

Ab antecedente cui valde ſimilis eſt differt: Surculis *atro viridibus aetate nigricantibus, opacis*; ſtipulis *triplo majoribus at foliis triplo minoribus, intermediis remotioribus oblongis, planis,* 2-*ſ.* 4-*fidis.*

✠ ✠ *Acaules.*

941. *J. epiphylla.* fronde foliacea, obverſe ovata, oblongata, obtuſe lobata, medio capſulifera.

Jungermannia epiphylla. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 410. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. cum. icone t.* 4.

In humidis ſylvae Cladovianae. Aprili.

Frondes *foliaceae ſparſae approximatae, oblongatae, apicem verſus dilatatae, obtusae, ſimplices vel bilobae vel latere ſinuato-lobatae, laete virides, nitidae, punctatae, ſubtus radiculis tomentoſae.* Corolla *ab epidermide demum rumpente tecta tubuloſa, limbo* 4-*ſ.* 5-*fido.* Seta *e corolla producta, alba nitida, transverſim ſtriata* 2-*ad* 3-*pollicaris.* Capſula *globoſa, nigricans, nitida.*

942. *I. multifida.* frondibus ſubcarnoſis, oblongis, multifidis, baſi capſuliferis. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 412. *Lin. ſyſt. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 74. *f.* 73.

In uliginoſis ſylvae Cladovianae ad truncos putridos. Vere.

Frondes *conſertae, ſucculentae, inferne radiculoſae, multifidae vel irregulariter pinnatifidae.* Pe-

rianthia *in basi frondis axillaria, cylindrica, apice parum attenuata obtusa, per lentem subhirsuta.* Seta *vix uncialis.*

943. *I. palmata.* frondibus subcarnosis, ecostatis, digitato-palmatis, laciniis angustis integerrimis, basi capsuliferis.

Jungermannia palmata. *Roth. fl. germ. Hoffm. Deut. Fl. Hedw. theor. Musc. t. p.* 93-95.

Ad ligna putredine corrupta in paludibus sylvae ad Himmelstaedt. Vere et Autumno.

Frondes 3 *ad* 4 *lineas longae, erectae, saturate virides, in caespitem congestae, tri-vel quinquefidae, laciniis brevibus simplicibus vel digitatis* Perianthium *ad basin frondis, antecedenti simile, sed apicem versus tuberculis minimis instructum.*

944. *J. furcata.* frondibus foliaceis, linearibus, dichotomis, costatis, integerrimis, apice emarginatis, subtus capsuliferis. *Roth fl. germ.* 3. *p.* 413. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl. Dill. Musc. t.* 74. *f.* 75.

In sylvis ad arborum truncos. Vere.

Frondes *in cespitem densissime sibi incumbentes, complanatae, dichotomae, e viridi-flavescentes, punctato-pellucidae, costatae semunciam et ultra longae, vix semilineam latae, ramis apice emarginatis obtusis.* Perianthium *ovatum, conicum hirsutum ex aversa frondis pagina adscendens.* Corolla *calyce brevior.* Seta *candida* 2 *ad* 3 *lineas longa.* Capsula *exigua fusca terminata.*

MARCHANTIA.

(♂—♀vel♂:♀) ♀. *Recept.* peltatum varie incisum inferne capsuliferum. *Caps.* subglobosae 1-loculares, apice dentato dehiscentes, polyspermae.

♂. *Recept.* peltatum margine crenulatum. *Antherae* plures peltae substantia immersae in superficie prona hiantes.

945. *M. polymorpha.* frondibus obtuse lobatis, receptaculo masculo peltato, femineo radiato. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 417. *Lin. syst. veg. Hoffm. Deut. Fl. Hedw. theor. Musc. ed.* 2. *t.* 26 *et* 27. *f.* 102.

Ad molarum aquaeductus in fossis pratisque udis. Vere.

Frondes *oblongae, planae, varie obtuse lobatae, laete virides subnitentes, nervo medio fusco-nigricante apice diviso instructae, subtus villosae.* Pedunculi *tam masculi quam feminei in loborum finibus e nervo frondis.* Semina *filis elasticis affixa. In frondis superficie prona insuper observantur* cupulae gemmiferae *sessiles, hinc inde sparsae, margine crenatae,* gemmis 3 *seu* 4 *in fundo foventes.*

CLASSIS V.

A L G A E.

** Fronde planiuſcula.*

RICCIA.

